

EL DIPLOMATARI DE SANT RAMON DE PENYAFORT

Els biògrafs particulars de Sant Ramon de Penyafort i en general els historiadors dels homes il·lustres de l'orde dominicana fineixen la notícia de la vida del nostre famós canonista en el moment de la seva renúncia al generalat de l'Orde. Tanmateix, des d'aquella data fins a la de la mort del Sant, transcorregué un període de trenta cinc anys, durant els quals visqué ell a Barcelona. A aquest període es refereixen gairebé tots els documents que edito en el present recull, el qual ve a continuar i completar la col·lecció diplomàtica intitulada *Raymundiana*, començada a publicar fa prop de trenta anys pels erudits dominicans Balme, Paban i Colomb, i que tant de temps ha restat després interrompuda (1).

La documentació aplegada en el fascicle II de *Raymundiana* forma un conjunt de dades interessantíssim per a l'estudi de la vida de Sant Ramon fins a l'any següent al de la seva dimissió de la dignitat de Mestre general. En el dit fascicle, així com en el recull d'extractes de cròniques i de biografies antigues que forma el fascicle anterior, hi ha excellent i copiós material per a una bona vida del Sant. Ni Diago (2), ni Peña (3), ni Touron (4) no van tenir ocasió de conèixer-lo tot, ni de bon troç; i Mortier (5) modernament no l'ha pas suficientment aprofitat. No és, però, que no calgui formular alguna reserva respecte la col·lecció diplomàtica del fascicle II de *Raym-*

(1) El fascicle II de *Raymundiana* fou publicat a Roma en 1901. Per a l'estudi de l'obra jurídica de Sant Ramon de Penyafort, cal tenir en compte també, entre altres treballs, indicats per CHEVALIER, *Répertoire des sources historiques du Moyen-Age* (*Bio-bibliographie*), el del P. DENIFLE, *Die Konstitutionen des Predigerordens in der Redaktion Raimunds von Peñafort* (en el "Archiv der Literatur und Kirchengeschichte", t. V, any 1889) i el capítol corresponent de l'obra de SCHULTE, *Die Geschichte der Quellen und Litteratur des canonischen Rechts* (t. II). Vegeu també, en altre ordre, l'interessant article de fra AMADEU TESTAERT, *La "Summa de Penitentio" de Saint Raymond de Penyafort* (*Ephemerides Theologicae Lovanienses*, 5 (1928), 49-72).

(2) DIAGO, *Historia de la vida de San Raimundo de Peñafort* (Barcelona, 1601), segons CHEVALIER, *Bio-bibliographie*, t. II, col. 3895.

(3) PEÑA, *Vita Sancti Raimundi de Peñafort* (Roma, 1601).

(4) TOURON, *Histoire des hommes illustres de l'Ordre de Saint Dominique* (Paris, 1743).

(5) MORTIER, *Histoire des Maîtres généraux de l'ordre des frères Prêcheurs* (Paris, 1903).

diana, en la qual han estat inclosos alguns documents apòcrifs; si bé afortunadament són aquests en nombre escàs. Jo tinc el convenciment que almenys els documents II i LXI no són, ni poc ni molt, autèntics; examinats críticament em semblen absolutament inadmissibles com a documents històrics.

En el diplomatari que publico a continuació hi he inserit dos documents (I i II) que corresponen al període al qual es refereix el recull del fascicle II de *Raymundiana*, el qual m'ha estat llegut així de complementar; d'un dels dits documents (el II) n'havien donat ja notícia els erudits dominicans compiladors d'aquell recull, però no tingueren en el seu temps avinentesa de poder-ne trobar l'exemplar conservat a l'Arxiu capítular de Barcelona. La resta del present diplomatari vol ésser la continuació del recull de documents del fascicle II de *Raymundiana*. Al igual del que en ell feren els seus erudits col·lectors, he aplegat aquí tota mena de documents escampats en diverses publicacions, relacionats amb Sant Ramon, i aixim mateix he pogut aportar-hi un nombre estimable de peces fins ara inèdites. El *Bullarium ordinis fratrum praedicatorum*, editat en el segle XVIII per obra del gran dominicà català i Mestre general de l'Orde, fra Tomàs Ripoll, magne recull que va ésser posat ja a contribució pels editors de *Raymundiana*, m'ha proporcionat també per al present diplomatari un bon nombre de butlles papals. Aquell gran monument històric de l'Orde dominicana i el *Viaje literario a las iglesias de España* del P. Villanueva, han estat les dues obres de les quals major còpia de material no inèdit he pogut extreure. L'Arxiu de la Corona d'Aragó ha estat, per altra part, el principal fons documental on una recerca, potser no del tot exaurida, m'ha permès de recullir interessants elements encara no publicats; la majoria dels quals, però havien estat ja esmentats pel Sr. Miret i Sans en el seu *Itinerari de Jaume I el Conqueridor*. En canvi la consulta que vaig fer a Roma a la Biblioteca Vaticana i a l'Arxiu general de l'Orde de Predicadors (en el qual el seu arxiver P. Walz va procurar-me particularment totes les facilitats) no m'ha proporcionat pas dades noves. Tampoc no me les ha proporcionades la consulta que a la Biblioteca Nacional de París he fet del volum que conté diverses peces del Procés de la Canonització de Sant Ramon de Peñafort (la seva signatura és: H,6761).

Una remarcada especial he de fer respecte el document III del present diplomatari, publicat anteriorment, segons dues versions que presenten algunes variants, per Aguirre en la seva *Collectio conciliorum omnium Hispaniae* i per Douais en el seu article *Saint Raymond de Peñafort et les hérétiques*, aparegut a *Le Moyen Age* (any 1899, t. XII). En la reedició que aquí faig del dit document (el qual és un directori per a l'ús dels inquisidors del nostre país en aquell temps), potser redactat o quan menys inspirat per Sant Ramon, he procurat combinar en totes les parts concordants el text publicat per Aguirre amb el de Douais; en el punt on ha estat major la divergència

o bé on el text d'Aguirre presenta considerables llacunes, he adoptat el text i l'orde de paràgrafs que ofereix Douais.

Em cal també indicar que, pel que fa a les butlles papals, m'he limitat generalment a consignar al peu d'elles la edició del *Bullarium* de Ripoll, deixant d'esmentar altres editors, quan han estat publicades en diversos llocs, ja que la referència bibliogràfica corresponent pot trobar-se per cada cas en els *Regesta Pontificum Romanorum* de Potthast.

Entre la documentació inèdita restarà encara, evidentment, material interessant que no he pogut obtenir. Així, per exemple, de les tres lletres de Sant Ramon a les monges de Gormaz que es conserven encara avui al convent de religioses dominicanes de Caleruega. (província de Burgos) sols he aconseguit reproducció fotogràfica d'una d'elles; de les altres dues, cronològicament anteriors a aquesta, no n'he pogut haver ni fotografia ni transcripció. Un extracte de llur contingut (segons m'ha estat facilitat pel capellà d'aquella casa) és l'únic que puc donar a conèixer aquí. La primera de dites lletres està datada a Barcelona el dia 24 de març de 1261 i va adreçada a la priora i monges de Santa Maria del Castell de Gormaz, a les quals Sant Ramon anuncia la comissió que havia rebut del Mestre general, fra Humbert de Romans, de que esbrinés si havien estat o no rebudes sota el govern de l'Orde, comunicant-els-hi demés que ha delegat a fra Roderic d'Atienza per al compliment de tal comissió. L'altra lletra és adreçada per Sant Ramon a fra Garcia, provincial d'Espanya, intimant-li que s'encarregui del govern de l'esmentat convent de Santa Maria del Castell de Gormaz que havia estat rebut dins l'Orde per Sant Domènec i pels seus successors, el Beat Jordà de Saxe i fra Joar Teutònic i també per una butlla del papa Gregori IX. En aquesta lletra, datada el dia 10 de juny de 1262, Sant Ramon insereix el text de la que li havia adreçat fra Humbert de Romans i les informacions que havia rebut del vicari provincial i dels definidors del capítol de Zamora.

No és ara el meu objecte de comentar aquí els documents que publico a continuació, els quals podrien certament anar accompagnats de nombroses anotacions. El meu propòsit avui és de presentar-los reunits i posar-los així en circulació, facilitant-ne la utilització a tots els estudiosos als quals puguin interessar. Per a una bona biografia de Sant Ramon caldrà, d'ara endavant, tenir-los en compte. Ells ens mostren aspectes interessants de la vida del gran dominicà en els trenta cinc anys que seguiren a la seva renúncia del generalat de l'Orde; període no pas negligible, evidentment, durant el qual el Sant resideix a Barcelona i viu dintre el medi català del temps. Així, a través de diversos documents dels que publico a continuació, podem veure a Sant Ramon en les seves relacions amb personalitats de relleu del nostre país en aquella època, podem comprender la seva influència social, la seva alta intervenció en diverses qüestions eclesiàstiques i àdhuc en alguns afers po-

lítics i de la inquisició importants, i el seu zel per l'actuació missional respecte els jueus i sarraïns. Veiem també, segons altres documents, com des del seu retir barceloní, el Sant, honorat sempre amb la confiança dels Papes, continua rebent diverses comandes pontificals per a intervenir en problemes delicats, i aixim mateix, conservant a tothora el major prestigi dins la seva Orde, apareix Sant Ramon encarregat de gestions extraordinàries en casos de particular compromís i de caràcter intern. L'amistat del Sant amb el rei Jaume I i amb l'infant Pere ressurt ben manifesta també en alguns dels documents que he reunit en aquest diplomatari; i potser en aquest punt un dels que ofereixen especial interès és el doc. XXIV, o sigui la protesta formulada en 1260 pel dit infant contra qualsevol partició dels reialmes que pogués fer el rei Jaume, protesta en la qual figura entre els testimonis Sant Ramon, qui pocs anys més tard apareix també, amb la mateixa qualitat, en la excepció que respecte de la indicada protesta va consignar el mateix infant Pere en favor del seu germà Jaume (doc. XXXII).

Al voltant de la personalitat egrègia de Sant Ramon de Penyafort apareixen encara en aquest diplomatari alguns dels seus amics o deixebles d'extraordinària significació en el camp de la nostra cultura dotzencentista, tals com Pere Albert, el gran jurisconsult, i fra Ramon Martí, el filòsof i teòleg illustre; prelats i nobles d'anomenada, religiosos insignes i ciutadans honorables hi figuren igualment relacionats amb ell per sentiments d'afecte i d'alta consideració i confiant a la seva eximia rectitud i al seu gran seny llurs qüestions. Així trobem entre els documents que publico a continuació algunes decisions pronunciades per Sant Ramon de Penyafort, actuant com a àrbitre en litigis particulars, les quals no hauran d'ésser classificades, segons el meu parer, entre el material de menys interès reunit en aquest diplomatari, que ha trobat amable acolliment en *ANALECTA SACRA TARRACONENSIA* i contribuirà, així ho espero, a la major glòria del gran canonista i moralista català.

F. VALLS TABERNER

I

Bolònia, 25 abril 1218.

Ramon de Penyafort, Bernat de Malla, Pere Sendré i Ramon de Sexà, són testimonis en un contracte de préstec.

Anno Domini MCCXVIII die VI exeunte aprilii, indictione VI. Testes ad hoc rogati fuerunt Ramundus de Pennaforti et Bernardus de Medalia et Petrus Sendre et Ramundus de Sexano. Dominus Petrus de Richesen, renunciando in hoc facto privilegio clericali et ecclesiastico atque scolastico et exceptioni non numerate peccunie et fori privilegio omnique alii exceptioni rei vel peccunie coherenti, promisit stipulando se soluturum L libras bolonienses Magistro Ramundo vel eius heredi de hinc ad festum sancti Michaelis proxime venturum, quas ab eo mutui nomine bene sibi solutas tenere confesus... resarcire ei omne dampnum et omnes expensas quas ipso in his denariis exhigendis fecerit vel sustinuerit. Hoc sub pena dupli. Et pro hoc servando obligavit ei Decreta sua et Decretales omnes et alia sua bona, sub pacto distrahendi et alii obligandi et in totum sibi satisfaciendi de predicto debito et de pena et omni dampno et sumptu sine omni occasione, lege et usus si in... solvi ut dictum est. Predictus vero Magister R. reddidit precario predictos libros eidem domino Petro et Ramundo de Albucliano et Ramundo de Monterino, qui ambo Ramundi, renunciantes in hoc facto nove constitutioni et beneficio epistole divi Adriani et omnibus supradictis auxiliis et privilegiis atque exceptionibus, de mandato predicti domini Petri constituerunt se principales debitores quosque eorum in solidum pertinentes vide-licet et stipulando ut principales debitores quosque in solidum, et sub eadem pena et sub obligatione suorum bonorum... que creditor accipere voluerit se soluturus totam predictam peccuniam dicto creditor i vel eius heredi ad predictum terminum vel ad alium sive alios terminos ab eo sibi datos et quod ipsi conservabit iamdic-tum creditorem et eius heredes in hoc facto per omnia indempnes.

Ego Guisemundus, notarius, his omnibus actis Bononie sub porticum Iacobum Guidonis Gatiarii interfui et mandato predicti domini Petri et predictorum... eorum subscrispsi (*signe*).

Original en pergami a l'Arxiu de la Catedral de Barcelona.

II

Barcelona, 14 març 1223.

Sentència arbitral dictada per Mestre Ramon de Penyafort en una qüestió exis-tent entre dos canonges de Barcelona.

Sit notum cunctis quod cum Berengarius de Sancto Vincencio, Barchinonensis canonicus, peteret a Bernardo Rapaz, concanonico, libram unam cere quam ipse debebat dare singulis annis ecclesie Barchinone pro ipso honore quem ipse Bernardus Rapaz obtulerat ecclesie tempore sue canonizationis in cuius solutione

dicebat dictum Bernardum Rapaz cessasse pro (*sic*) XXX^a annis et ultra, quod dictus Bernardus Rapaz confitebatur, sed dicebat se retinuisse ex causa donationis sibi facte a Bernardo de Berga episcopo et capitulo; cum esset dicta questione inter eos posuerunt, cum voluntate Berengarii, Barchinonensis episcopi, factum, simpliciter, sive in forma iudicii sive amicabili compositione terminandum, in manu magistri Raimundi de Pennaforti, coram quo amicabiliter componente inter eos Bernardus Rapaz asseruit in fide et legalitate sua donationem predicte libre cere sibi fuisse factam ab episcopo et capitulo, ut supra dictum est, et recognovit se habere et possidere dictam libram cere et honorem pro quo illa cera solvit in feudum et beneficium ab ecclesia Barchinone in vita sua tantum, ita quod post mortem suam debet simpliciter et absolute totus dictus honor et libra cere reverti ad ecclesiam. Et tunc dictus Magister Raimundus, de consensu episcopi et Berengario de Sancto Vincentio, dixit per compositionem quod Bernardus Rapaz teneret dictam libram cere in vita sua tantum et postea reverteretur ad ecclesiam, ut superius est dictum, et quod Bernardus Rapaz solveret Berengario de Sancto Vincencio, nomine ecclesie recipienti, in signum corporalis possessionis et dominii, tres libras cere; quod et fecit in presencia mei Petri de Bages notarii. Et est certum quod de dicto honore est ortus unus in loco dicto Quodols et quidam campus, qui fuit Guillelmi de Menoch, est satis prope cenobium sancti Pauli; et quatuor modiate alodii, que fuerunt Petri Geraldii et filii sui, sunt ad collem Selate. Actum est hoc II^o idus marci, anno M^o CC^o XXII^o.

Sig(*signe*)num Magistri Raimundi de Pennaforti. Sig~~X~~num Berengarii de Sancto Vincencio. Ego Berengarius, Barchinonensis episcopus, subsciro. Sig~~X~~num Bernardi Rapacii, qui firmo. Sig~~X~~num Guillelmi presbiteri, notarii. Sig(*signe*) Bernardi presbiteri, notarii. Sig(*signe*) Petri de Bages, notarii.

Sig(*signe*) Petri Vives, qui hec scripsit precepto Petri de Bages notarii, cum litteris rasis et emendatis in linea V^a ubi dicitur: "Et tunc dictus Magister", et in VII^a ubi dicitur: "Quodols", die et anno quo supra.

Original en pergami a l'Arxiu de la Catedral de Barcelona.

III

1241 o 1242.

Normes per als inquisidors de la província eclesiàstica de Tarragona, redactades per l'arquebisbe Pere d'Albalat i per fra Ramon de Penyafort.

Cum nos Petrus, miseratione Divina archiepiscopus Terraconensis, inquisitionem inceptam per bona memoriae Berengarium Barchinonensem episcopum contra haereticam pravitatem in civitate Barchinonensi [de voluntate Capituli, sede vacante], vellemus effectui mandare, inter iurisperitos qui nobiscum aderant dubitationes hinc inde variae emerserunt. Quare ut circa factum haeresis et inquisitionis de caetero fiendae in provincia Terraconensi clarius procedatur, collationibus inde factis cum venerabili fratre Raymundo de Pennaforti, poenitentiario domini Papae, et aliis [viris] prudentibus, in processu sententiarum haereticorum, fautorum, suspectorum, relapsorum, et poenitentiis eorum, secundum discretionem nobis a Domino datam, ita duximus procedendum:

I. — In primis queritur, qui dicantur haeretici, qui suspecti, qui credentes, qui fautores, qui receptatores, qui defensores, qui relapsi; cum ista genera hominum in canone explicitur. Et videtur quod haeretici sint qui in suo errore perdurant, sicut sunt Insabbatati, qui dicunt in aliquo casu non esse iurandum, et potestatis ecclesiasticis vel secularibus non esse obediendum, et poenam corporalem non esse infligendam in aliquo [casu], et similia.

Credentes vero dictis haeresibus, similiter haeretici sunt dicendi.

Suspectus de haeresi potest dici qui audit praedicationem vel lectionem Inzabbatarum, vel qui flexit genua orando cum eis, vel qui dedit osculum eis, vel qui credit ipsos Inzabbatatos esse bonos homines, vel similia quae possunt probabiliter suspicionem inducere. Et potest dici suspectus simpliciter esse, qui semel oravit vel alterum fecit de predictis cum eis. Si vero pluries audivisset praedicationem vel lectionem, vel orasset, vel aliquid aliud de predictis fecisset cum eis, posset dici vehementer suspectus. Si autem predicta omnia fecisset, maxime si pluries, posset vehementissime dici suspectus. Ista ideo dicimus, ut discretus iudex purgationem possit gravare vel moderare, prout magis visum fuerit expedire.

Celatores credimus eos qui viderunt Inzabbatatos in platea vel in domo vel in alio loco, et cognoverunt eos Inzabbatatos, et non revelaverunt eos, cum haberent aptitudinem revelandi eos Ecclesiae vel iustitiario vel aliis qui possent eos capere.

Occultatores dicimus, qui fecerunt pactum de non revelando haereticos vel Inzabbatatos, vel alias procuraverunt quod non revelarentur.

Receptatores sunt qui scienter bis vel ultra receperunt haereticos vel Inzabbatatos in domo sua vel in alico loco suo. Receptaculum credimus esse domum vel hospicium ubi haeretici vel Inzabbatati bis vel pluries convenerunt ad praedicationem vel lectionem, vel etiam ubi haeretici vel Inzabbatati plures hospitantur.

Defensores dicimus qui scienter defendunt haereticos vel Inzabbatatos, verbo vel facto vel quocumque ingenio, terris suis vel alibi, quominus Ecclesia possit exercere suum officium ad extirpandam haereticam pravitatem.

Fautores credimus omnes supradictos posse dici secundum magis et minus; et etiam qui alias quocumque modo eis dederint consilium, auxilium vel favorem. Et omnes fautores credimus posse dici suspectos, ita quod debent se purgare et abiurare haeresim et omnem fautoriam, et debent sanctae Matri Ecclesiae reconciliari.

Relapsos dicimus illos qui post abiuratam haeresim vel renunciatam, revertuntur in pristinam credentiam haeresis. Eodem modo dicimus relapsos in fautoriam illos qui post abiuratam haeresim vel fautoriam benefaciunt haereticis vel celant eos. Et omnes predictos dicimus excommunicatos maiori anathemate; exceptis suspectis sine fautoria, si forte inveniantur.

Sententia autem contra fautores formabitur ut infra:

Pateat omnibus quod per ea que inventa, probata et acta sunt in inquisitione liquido nobis constat, quod talis deprehensus est in fautoriam, denunciamus ipsum excommunicatum et suspectum de heresi, et si non fuerit absolutus, et si per annum [non] satisficerit, subiaceat penis concilii generalis; et si defecerit in purgatione et in excommunicatione per annum steterit, ut hereticus condempnetur.

II. — Dubitatio etiam oritur apud quosdam utrum relapsi in credentiam et haeretici dogmatizantes, si postquam fuerint deprehensi voluerint poenitere, relinqu debeat iudicio saeculari? Et videtur nobis, quod non; sed in quocumque casu tales ad intrusionem sunt condemnandi.

III. — Item, si multitudo haereticorum seu credentium fuerit multa, et parati sunt haeresim abiurare, discretus iudex secundum magis et minus iuxta provisionem apostolicae Sedis poenas canonicas poterit infligere talibus, et sic poenam intrusionis vitare; vel etiam si multitudo non est tanta. Circa credentes, discretus iudex, consideratis circumstantiis, poterit moderari, prout viderit expedire; proviso tamen quod perfecti haeretici, vel dogmatizantes eorum errores, vel credentes relapsi in credentiam post abiurata haeresim vel renunciatam, in perpetuo carcere intrudantur, haeresi penitus abiurata et absolutione habita excommunicationis, ut ibi salvent animas suas et alios de caetero non corrumpant.

IV. Item, quaeritur utrum ille qui dedit osculum inzabbatato vel haeretico quem credebat vel sciebat esse inzabbatum, vel oravit cum eo, vel celavit eum, vel audivit praedicationem vel lectionem ab eo, et creditit talem esse bonum hominem, sit iudicandus credens eius erroribus? Et dicimus, quod non; sed talis condemnetur tanquam fautor vel occultator et benefactor et vehementer suspectus quod credit eius erroribus; nisi adeo esset literatus vel discretus, quod non posset ignorantiam pretendere. Quod arbitrio discreti iudicis duximus relinquendum.

V. Item, quaeritur quis ante inquisitionem inceptam fuit confessus sacerdoti suo de haeretici vel fautoria, et vocatur modo ab inquisitoribus? In casu isto credatur confessori suo; et si inventus fuerit bene confessus per confessionem sacerdotis, licet sacerdos male fecerit, quia ipsum non remisit ad episcopum, ille tamen confitens per talem confessionem evitet poenam temporalem, nisi inveniatur in falsa poenitentia, vel relapsus post poenitentiam vel publice diffamatus. Si autem allegat manifestam poenitentiam vel reconciliationem, probet per duos testes. Si quos vere constat ante inchoatam inquisitionem de his fuisse confessos, debent publice abiurare haeresim et aliam sollemnitatem facere, nisi ita sit secretum factum, quod non habeant contra se famam vel testes; et tamen in utroque casu sunt ab omni poena temporali immunes. Si vero aliqui vocati ab inquisitoribus denegant tempore suae depositionis, et postea ad instantiam inquisitorum vel metu probationum discooperiunt veritatem, sed dicunt quod haec tacuerunt propter verecundiam vel timorem, tales credimus periuros; quia qui scienter falsum dicunt vel verum tacent, periuri sunt, et ideo poenitentia canonica est eis gravior imponenda.

VI. Item quia in inquisitione generali heretici vel relapsi interdum ad cautelam, Ecclesie iuris solemnitatibus reservatis, secreto absolvuntur, qualiter sententia sit formanda dubitatur; et dicimus quod, cum iam non sit hereticus, sic formetur;

Pateat omnibus quod per ea que in inquisitione inventa, probata et acta sunt liquido constat nobis quod talis deprehensus fuit in heresim et postmodum reversus ad Ecclesie veritatem, agentes misericorditer cum eodem, ipsum ad perpetuum carcerem condemnamus secundum canonica instituta.

Si vero nondum est absolutus, sic formetur: Pateat omnibus, etc., quod talis est deprehensus in heresim, et vult reverti ad Ecclesie unitatem, agentes misericorditer cum eodem, etc.

Si vero [non] vult penitere, set in errore periurat, presente iudice seculari, sententia sic formetur :

Pateat omnibus quod per ea que in inquisitione inventa, probata et acta sunt liquido nobis constat, quod talis est deprehensus in heresim per Ecclesiam condemnatam, ipsum tanquam hereticum condemnnamus.

Hereticus vero penitens post absolutionem, heresim taliter abiurabit ut inferius continetur publice et etiam coram multis in posse episcopi diocesani.

Ego talis cognoscens veram, catholicam et apostolicam fidem, abiuro, et abiurando detestor omnem heresim, precipue sectam Valdensium, Insabbatatorum, sive Pauperum de Lugduno, in qua peccatis meis exigentibus indici; que astruere conatur non esse obediendum Romane Ecclesie vel prelatis ei subiectis, nec principibus secularibus, claves Ecclesie contempnendo, et asserendo orationes vel elemosinas non posse prodesse mortuis, vel remissiones sive indulgentias, que fiunt a domino Papa vel ab aliis prelatis nulli posse prodesse. Astruit etiam in nullo casu pro quacumque necessitate vel utilitate esse iurandum. Item, astruit quod pro iusticia infligi pena non debet corporalis. Item, quod in sacramento altaris panis et vinum postquam consecratum est non efficitur corpus et sanguis Christi, si sacerdos sit peccator, et quemlibet reputant peccatorem, nisi sit de secta ipsorum. Item, quod consecratio corporis et sanguis Christi potest fieri a quolibet iusto, licet laico, dum tamen sit de secta eorum, quamvis non sit presbiter ab episcopo catholico ordinatus. Istos et omnes alios eorum errores abiuro, detestor et condemno.

Consentio autem sancte Romane et Apostolice Sedi; et ore et corde profiteor me eamdem fidem tenere et observare in premissis articulis et in aliis omnibus quam beatissimus Papa Gregorius vel qui Pater est Romane Ecclesie tenent, predicant publice et affirmant. Et quia vos, domine Archiepiscope, et alii prelati, michi traditis et affirmatis, et specialiter super his credo et sentio obediendum esse domino pape, Romane Ecclesie et aliis eorum prelatis et principibus secularibus caholicis. Et potestatem clavium ligandi et solvendi beato Petro apostolo, ceterisque apostolis et per eos universis prelatis Ecclesie Catholice a Domino datam affirmo. Indulgentias et remissiones eorum, eleemosinas etiam et orationes vivis et mortuis prodesse firmiter credo. Item, pro necessitate et utilitate iurandum esse sine peccato; et pro iusticia penam corporalem debere infligi, credo firmiter et contestor. Confiteor etiam sacramentum corporis et sanguinis Christi a nullo fieri posse nisi a presbitero ab episcopo ordinato catholico, qui domino Pape et sancte Romane Ecclesie sit obediens; et si talis presbiter sit peccator, licet peccat quod ad tantum sacramentum accedit, credo tamen et confiteor firmiter quod verum sit sacramentum, et quod panis et vinum post consecrationem talis presbiteri verum corpus et verum sanguis efficitur. Unde iuratus dico [per] Deum omnipotentem et hec sancta quatuor Dei Evangelia que in manibus meis teneo et sub obligatione anathematis promitto vobis domino P., Dei gratia archiepiscopo Terraconensi, et B. de Vilagranata archidiacono, et toto Capitulo Barchinone, vaccante sede, et per vos apostolorum principi atque eius vicario Pape G. beatissimo, et successoribus eius, quod numquam quorumlibet suasionibus vel quocumque alio modo aliter credam vel teneam, nisi secundum quod vera et sancta Romana Ecclesia docet et tenet et ego superius protestatus sum. Iuro etiam quod cum Insabbatatis, Valdensibus, Pauperibus de Lugduno, vel hereticis cuiuscumque generis sint, consortium, familiaritatem, vel participationem aliquam non habebo, nec in recipiendo, ocultando, favendo, beneficiando, vel aliquo casu

prestabo eis auxilium, consilium et favorem; et si aliquem vel aliquos de predictis, vel de eorum fautoribus alicubi scivero vel intellexero, revelabo eum quam cito habuero oportunitatem episcopo, vel prelato vel iudici vel rectori illius loci, catholicis tamen et fidem sancte Romane Ecclesie observantibus; quod si contra hoc fecero, quod absit a me, et predicta et singula non servavero, subiaceam canonicę severitati, et periurii reatum incurrens eterne damnationi obligatus inveniar et cum auctoribus heresis habeam in futuro seculo portionem.

Suspectus purgabit se publice in posse episcopi diocesani in hunc modum prout inferius continetur:

Ego talis iuro per Deum omnipotentem, et per hec sancta quatuor Evangelia que in manibus meis teneo, coram vobis Domino P., Dei gratia Terraconensi archiepiscopo, et coram aliis vobis assistantibus, quia non sum vel fui Insabbatus, vel Valdensis, vel Pauper de Lugduno, neque hereticus de aliqua secta heresis dampnata per Ecclesiam Romanam; nec credo nec credidi eorum erroribus, nec credam aliquo tempore vite mee; imo profiteor et protestor me credere et semper imposterum crediturum fidem catholicam quam Sancta Romana et apostolica Ecclesia publice tenet, docet et predicit, et vos, domine Archiepiscope, et ceteri prelati Sancte Universalis Ecclesie tenetis, predicatis publice et docetis.

Compurgatores iurabunt in hunc modum:

Ego talis iuro per Deum, et hec sancta quatuor Evangelia que in manibus meis teneo, me firmiter credere quod talis non fuit nec est Insabbatus, Valensis, vel Pauper de Lugduno, neque hereticus vel credens eorum erroribus; et credo firmiter eum in hoc verum iurasse.

Videat tamen iudex quia ex quo certum numerum compurgatorum duxerit alicui iniungendum, non est honestum, quia postea mutet, ut sic Lateranensi consilio non illudatur.

VII. Item si in inquisitione inveniatur aliquis hereticus vel Insabbatus vel credens fuisse sepultus in cimiterio, ossa eius extumulentur et comburantur, si possint discerni.

VIII. Item si aliqui, incepta inquisitione postquam constiterit inquisitoribus de fautoria ipsorum per confessionem vel testes viam universe carnis ingressi, set qui, si viverint, essent condemnandi de fautoria, si secreto vel publice fuerint absoluti in eadem inquisitione, tales divino iudicio relinquuntur. Item, quia in inquisitione generali multi inveniuntur decessisse in fautoria, credimus, cum fautoria sit sequela et accessorium heresis, quod tales extumulentur si ossa eorum discerni possint; non tamen comburantur, quia tales excommunicati decesserunt, nisi forte probetur absolutio, vel quia signa penitentie processissent secundum canonica instituta. Si vero fautores aliqui post abiuramat seu renunciatam fautoriam in aliquam speciem fautorie relapsi inveniantur, quia vulnus iteratum tardius sanatur, gravius aliis iuxta discreti iudicis arbitrium puniatur.

IX. Item, iniungatur sacerdotibus quia in penitentiis diligenter inquirant de hereticis et Insabbatis et credentibus eorumdemque fautoribus, et si quid invenierint fideliter conscribant et mox cum illo vel cum illis pariter qui hoc confessi

fuerint episcopo vel eius vicario quod super hoc invenerint manifestent; si vero confessus noluerit consentire quod dictum eius reveletur episcopo vel eius vicario, ipse sacerdos nichilominus requirat consilium, non specificando personam, a peritis et Deum timenentibus, qualiter sit ulterius procedendum.

X. Item, aliquis Insabbatatus dicit catholicis predicando, cohortando, vel conferendo aliqua verba bona que nullum continent errorem, saltem explicitum, verbi gratia, nolite mentiri nec iurare, nec fornicari, et reddite civilibus quod suum est, eatis ad ecclesiam, solvite decimas et iura sua clericis, et similia, audientes aut scientes vel credentes istum hominem esse Insabbatum credunt illum esse bonum hominem propter bona verba que audiunt ab eo; credunt etiam sectam talium esse bonam, et quod homines possint tanquam Insabbati vel credentes eorum erroribus condemnari, presertim si sciunt vel credunt quod Ecclesia persequatur Insabbatos tanquam hereticos, et nisi convertantur relinqu seculari iudicii comburendos; et visum est super hoc, sapientis habito diligenti consilio et tractatu, quod tales vehementissime debent haberi suspecti quod sint credentes Insabbatorum erroribus, et propter hoc purgatio est multis compurgatoribus indicenda iuxta quantitatem persone; non tamen propter hoc iudicandus Insabbatus vel credens, nisi adeo litteratus sit et discretus quod nullatenus per simplicitatem vel ignorantiam valeat excusari, quod videtur arbitrio discreti iudicis relinquendum; secus tamen videtur in illo qui dicit vel credit Insabbatos iam ab Ecclesia condemnatos tanquam hereticos vel etiam propter hoc iam per iusticiam secularis combustos fuisse bonos homines et salvos, et alias quoslibet salvati posse in illa secta vel fide in qua vel pro qua illi condemnati combusti fuerunt; tales enim non iudicantur posse aliquatenus excusari, dum tamen sint adulti et rationis capaces.

XI. Fautores autem omnes sint suspecti secundum magis et minus sicut dictum est; et Deo debent publice se purgare et abiurare heresim secundum numerum compurgatorum. Forma autem purgationis et abiurationis fautorum erit consi[mil]lis forme hereticorum, ut superius scripta est. Illud tamen non est obmittendum quia qui ante inquisitionem fuerint confessi et absoluti in secreto, reconcilientur in secreto coram aliquibus testibus, et abiurent; et nomina ipsorum testimoniis retineantur in actis, nisi factum ipsum esset manifestum per famam vel testes, et tunc publice abiurent; et reconcilientur; in utroque tamen casu immunes ab omni pena. Solempnis autem penitentia iniungatur omnibus fautoribus et credentibus secundum magis et minus, prout inferius distinguemus.

XII. Haeretici perseverantes in errore relinquuntur curiae saecularis iudicio.

Perfecti vero haeretici, si converti voluerint, et dogmatizantes, absolutione habita et abiurazione facta, perpetuo carcere intrudantur.

Credentes autem haereticorum erroribus solemnem faciant poenitentiam hoc scilicet modo, quod in festo omnium Sanctorum proxime venturo, et in prima dominica adventus, in die Natalis Domini, Circumcisionis, Epiphaniae, S. Mariae februarii, S. Eulaliae, Sanctae Mariae Martii, et per omnes dies dominicos Quadragesimae sint in processionibus ad sedem seu ecclesiam cathedralem, et ibi discalceati, in bracchis et camisia, praeterquam in die Sanctae Mariae februarii et in Ramis Palmarum tunc reconcilientur in ecclesia vel sacerdotem ecclesiae.

Item, in quarta feria in capite ieunii veniant simul ad sedem, et sint eodem modo et secundum formam iuris discalceati, in bracchis et camisia, et expellantur ab ecclesia, et sint extra ecclesiam per totam Quadragesimam; sic tamen ad fores ecclesiae, quod ibi audiant officium. Et in die Coenae Domini sint discalceati, in bracchis et camisia, ante fores ecclesie, et tunc secundum canonica instituta publice reconcilientur Ecclesiae. Et hanc poenitentiam de quarta feria et de stando extra ecclesiam per totam Quadragesimam et de die Coenae faciant quamdui vixerint quolibet anno. Sed in diebus dominicis Quadragesimae, facta reconciliatione exeant ecclesiam, et stent ad fores usque in diem Coenae, et portent duas cruces perpetuo ante pectus, quae non sint eiusdem coloris cum vestibus; et portent ita ut videri possint solemniter poenitentes, ita tamen quod non abstineant ab ingressu ecclesiae in Quadragesima ultra decem annos.

Poenitentia illorum qui sunt relapsi in fautoriam similiter erit solemnis, ut de creditibus proxime dictum est, in diebus omnibus supradictis; hoc excepto, quod crucis portare et poenitentia de quarta feria Cinerum et Santo die Iovis faciant simili modo per decennium.

Poenitentiam illorum qui non sunt relapsi in fautoriam, sed sunt fautores et vehementissime suspecti, erit eodem modo solemnis in festo Omnia Sanctorum, Natalis Domini, Epiphaniae, S. Mariae februarii, per omnes dies dominicos Quadragesimae; et aliam poenitentiam de feria quarta Quadragesimae, et de stando extra ecclesiam per totam Quadragesimam, et de reconciliatione in die Coenae, ut supra dictum est, faciant per septennium.

Poenitentia illorum qui sunt fautores et vehementer suspecti, erit solemnis eodem modo in festo Omnia Sanctorum, Natalis Domini, S. Mariae februarii, et in Ramis Palmarum; et aliam poenitentiam de feria quarta Quadragesimae, et de stando extra ecclesiam per totam Quadragesimam, et de reconciliatione in die Coenae, ut supra dictum est, faciant per quinquennium.

Poenitentia illorum qui sunt fautores et suspecti, erit solemnis eodem modo in festo omnium Sanctorum, S. Mariae februarii, et in Ramis Palmarum; et aliam poenitentiam de feria quarta Quadragesimae, et de stando extra ecclesiam per totam Quadragesimam, et de reconciliatione in die Coenae faciant per triennium. Intelligitur tamen quod mulieres vestitae veniant, et disciplinentur.

Hanc autem poenitentiam faciant omnes praedicti in festivitatibus et diebus preordinatis in civitate ista vel loco, et non alibi, usque ad festum Paschae; illi scilicet qui sunt cives forenses autem faciant eam in parochiis suis et non alibi; praeterquam in feria quarta in capite Quadragesimae, et in die Coena Domini, in quibus veniant omnes ad Sedem vel ad locum ecclesiae suaे. In sequentibus vero temporibus quadragesimalibus, decennalem poenitentiam, septennalem, quinquennalem et triennalem, quam debent facere in quarta feria in introitu Quadragesimae, et in die Coena Domini, secundum diversitatem culparum, ut iam definitum est, faciant omnes, tam cives quam forenses, in Sede civitatis suaе, et non alibi, nisi ex iuxta et rationabili causa et de speciali licentia episcopi iverint, faciant coram episcopo illius loci, vel locum eius tenente, eandem poenitentiam, portantes litteras episcopi vel vicarii sui continentem poenitentiam quam facere debent. Et reportet etiam ille qui poenitentiam fecerit litteras episcopi illius loci ad natalis dioecesis de peracta poenitentia testimonium continentem. Quod si forte, casu fortuito, sine fraude tamen et dolo, in illis duobus diebus non possent ad cathedralem ecclesiam pervenire, cum redierint, in duabus aliis solemnitati-

bus assignatis eis iuxta arbitrium episcopi, publice disciplinentur apud Sedem secundum formam illorum dierum.

Document publicat en AGUIRRE, *Collectio conciliarum Hispaniae*, vol. V, p. 190; i en DOUAIS, *Saint Raymond de Peñafort et les hérétiques (Le Moyen-Age, t. XII, p. 305).*

IV

Barcelona, 21 gener 1243.

Fra Ramon de Penyafort i fra Ramon de Fluvia, dominicans, i fra Guillem de Balsareny, cistercenc, declaran sacramentalment davant notari, jutge i testimonis, l'última voluntat de Ponç Pere de Banyeres.

Sit omnibus manifestum quod nos frater Raimundus de Pennaforti et frater Raimundus de Fluviano, ordinis fratrum Predicatorum, et ego frater Guillelmus de Bauciarenis, ordinis Cisterciensis, concedimus et veritati testimonium perhibemus quod duodecimo kalendas februarii anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, scilicet die Mercurii circa vespertas, in quibusdam domibus que sunt ante ianuam sancte Anne Barchinone, Poncius Petri de Bagnarriis, qui modo defunctus est, tunc infirmitate gravatus, cum multa anxietate et sollicitudine dicebat se velle facere testamentum et ordinare de rebus suis et qualiter persolverentur sua debita et satisficeret de iniuriis, et de divisione hereditatis et de manumissoribus, et inter alia specificavit hec coram nobis: Primum dixit quod volebat sepeliri apud Sanctas Cruces. Dixit etiam quod volebat quod restituerentur omnes sue iniurie et debita, quemque possent inveniri bona fide; et extimavit iniurias sex mille solidos, inter forcias, questias, albergas, accaptes et alia secundum quod nobis videtur. Dixit etiam se debere duabus sororibus suis septingentos morabetinos; et tandem inter iniurias et predictum debitum et alia debita extimavit de tredecim milibus usque ad quindecim milia solidos. De facto uxoris eius Rumie dixit quod volebat quod ipsa haberet suum sponsalicium et quod restitueretur ei illud quod vendiderat de suo sponsalicio. De legatis autem dimittendis pro anima sua et de divisione hereditatis nos duo fratres predicatorum noluimus dare consilium, cum non pertineret ad nos, nisi quia consuluum sibi in genere quod aliquas helemosinas acciperet pro anima sua et divideret hereditatem inter heredes suos sicut debent, ita quod non remaneret inde sibi peccuniam, nec remaneret inde turbatio vel guerra pro posse suo. Item confitemur nos dicti tres, quod dictus Poncius Petri tunc nominavit pro manumissoribus Guillelmum de Terracia, Xetmaronum, Guillelmum de Villaequorum et Guillelmum de Prato, et nominavit pro deffensoribus ordinationis sue sive testamenti sui, dominum regem, Raimundum Fulchonis, archiepiscopum Terrachensem et episcopos Barchinonensem et Vicensem, et interim fuit missus nuncius pro notario ut veniret festinanter. Recognoscimus etiam nos dicti tres, scilicet nos duo fratres predicatorum secundum quod nobis videtur et ego frater Guillelmus affirmative, quod dictus Poncius Petri dixit quod hereditas sua divideretur inter duos infantes suos. Recognosco etiam ego dictus frater Guillelmus quod predicta die postea quasi eadem hora dictus Poncius Petri, presentibus ad hec in dictis dominibus dictis duobus fratribus predicatoribus, dixit se velle dimittere hereditatem fi-

lio suo; ita quod ipse daret filie sue mille morabetinos. Hec itaque omnia nos dicti tres iuramus esse vera secundum dictam formam, per Deum vivum et verum unum, in personis trinum, super altare sancti Dominici constructum in domo fratum Predicatorum Barchinone, coram Petro Rosselli, presbitero servitore ecclesie sancti Iusti, et Petro de Bages, notario Barchinone, vicario Guillelmi iudicis, et aliis subscriptis testibus; sic quod de predictis dictus Poncii Petri preces nobis facientibus, non mutavit aliam voluntatem. Actum est hoc quinto idus februarii, anno predicto.

Sigillum fratris Raimundi de Pennaforti. Sigillum fratris Raimundi de Fluviano. Sigillum fratris Guillelmi de Bauciarenis; nos qui huius rei testes et iuratores sumus.

Sig(*signe*) Arnaldi presbiteri de Martorello. Sig(*signe*) Berengarii de Vilaro Johanne. Sig(*signe*)num Petri Rosselli presbiteri. Sigillum Guillelmi de Boxados. Sigillum Petri de Castro Gallino. Sigillum Raimundi de Condamina. Sigillum Bernardi Renaldi de Griuxano. Sigillum Bernardi militis. Sig(*signe manual*) Petri de Bages notarii publici Barchinone. Nos qui huic sacramento presentes adfuiimus.

Sig(*signe manual*)num Berengarii Iacobi, notarii publici Villefranche, in posse cuius dictus Guillelmus de Villa equorum, absque dampno eorum et missione, in hoc testamento firmavit; presentibus testibus P. de Castro Gallino et Arnaldo de Galifa.

Ego Raimundus de Villanova, publicus tabellio Terrachonensis, subscribo, in cuius posse Guillelmus de Prato absque damno suo firmavit in hac ultima voluntate; presentibus Petro de Castro Galyn et Bernardo Giboto.

Sigillum Guillelmi de Terracia. Sigillum Guillelmi de Villa equorum. Sigillum Guillelmi de Prato; qui, tanquam manumissores, predicta sine nostro damno firmamus. Sigillum Xetmaroni, qui hoc firmo tanquam manumissor, sine dampno meo.

Sig(*signe manual*)num Iacobi de Podiolo, notarii publici Barchinone, qui hec scripsit die et anno prefixis.

Pergam n. 901 de Jaume I a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

V

Sant Cugat del Vallès, 15 octubre 1243.

L'arquebisbe de Tarragona, Pere d'Albalat, en presència de fra Ramon de Penyafort, capellà del Papa, i de fra Ponç de Vilanova, del convent de Predicadors de Barcelona, féu la imposició de l'hàbit dominicà a Pere de Centelles, bisbe electe de Barcelona, i feta ja la professió religiosa d'aquest confirmà amb autoritat apostòlica la seva elecció episcopal.

Berengario de Palou, episcopo Barcinonensi vita functo xxiv die augusti anni 1241, statim electus Petrus de Scintillis, sacrista eiusdem ecclesiae, qui tamen votum de habitu ordinis Praedicatorum accipiendo secreto emiserat. Ea de re consultus Gregorius IX ab archiepiscopo Tarragonensi Petro de Albalat, priusquam de eius Papae obitu certior fieret, qui contigit xxii eiusdem mensis et anni. Sed nec successor Celestimus IV rem absolvit. Donec iterata supplicatione In-

nocentius IV archiepiscopo confirmandae praedictae electionis munus iniunxit, dum tamen electus votum prius solveret, quo se astrinxerat.

Anno Domini MCCXLIII, idus Octobris. Cum dominus archiepiscopus esset in monasterio Sancti Cucuphati, quia audiverat quod B., bonae memoriae Barchinonensis episcopus, dictum monasterium Sancti Cucuphati supposuerat interdicto, cum Bertrando Delphino, officiali Barchinonensis ecclesiae sede vacante, ad cautelam relaxaverunt interdictum. Et archiepiscopus in praesentia fratris R. de Pennaforti, capellani domini Papae, et fratris Pontii de Villanova, de ordine Praedicatorum de Barchinona, facta generali absolutione excommunicacionum et dispensatione adhibita cum cautela, praedicto sacristae dedit habitum ordinis Praedicatorum auctoritate apostolica, et vestivit et subiecit se constitutionibus ordinis supra dicti, cantantes cum fratribus: "Veni Creator Spiritus", et completa oratione steterunt aliquanto tempore in collatione ordinis cum fletu, gemitu et contritione debita. Postea vocato Barchinonensi Capitulo dictus frater dixit eis: "Domini mei, ecce votum feceram, et benedicta sit dies ista in qua ego potui reddere Altissimo quod promissi. Vobis forte asperitas ordinis displiceret: si vobis placet, eligatis vobis alium, quia semper ero vobis adiutor in quibuscumque potero secundum ordinem meum." Et ipsi quasi flentes omnes dixerunt: "talem volumus vos habere, talenm volumus vos habere". Unde archiepiscopus, praemissis aliquibus verbis in modum collationis, deliberatione habita cum archidiacono et operario et Raymundo de Mila, canonico Tarragonae, et Guillermo de Solerio et Petro Sancii, electionem de ipso fratre Petro factam, utpote canonicam, auctoritate apostolica confirmavit.

Noticia publicada en VILLANUEVA, *Viage literario a las iglesias de España*, vol. XVII, p. 337.

VI

Lyó, 11 gener 1247.

Innocenci IV confirma l'absolució concedida a Jaspert de Barberà pel bisbe d'Elna i per fra Ramon de Penyafort, penitencier papal.

Innocentius episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Iasberto de Barbaran, Elnensis dioecesis, salutem, et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod cum dudum venerabili fratri nostro episcopo Elnensi et dilecto filio fratri Raymundo de Pennaforti, penitentiaro nostro, dererimus nostris litteris in mandatis, ut cum nonnulli conversantes in Elnensi dioecesi convicti olim de macula heretice pravitatis, nunc advertentes errorem suum et Creatoris sui agnoscentes offensam, ad sinum redire matris Ecclesie affectarent, ipsi cum tribus ex eis, de quibus per debita signa, coiecturas probabiles et illorum testimonia qui vitam noscerent et conversationem eorum, eis constaret quod redire velint ad Ecclesie unitatem, prius ab ipsis heresi publice abnegata et sufficienti cautione recepta ne ulterius in hereticorum contagia relabantur, agerent misericorditer, prout eorum discrecio nosceret expedire, ac diligenter consideratis que ad munimentum fidei faciunt et integritatem ecclesiastice unitatis, iniungentes sibi penitentiam salutarem, ita quod murorum non clauderentur ambitu, nec longa peregrinatione, aut nota infamie manifeste vel exilio damnarentur,

predicti episcopus et penitentiarius provide attentes, Nos, ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Aragonum regis illustris, pro te Nobis super hoc suplicantis, literas huiusmodi concessisse, circa te, qui de huiusmodi execrabilis errore fueras diffamatus, agentes misericorditer, secundum traditam eis formam, absolutionis tibi beneficium impenderunt, ac te reconciliatum reddiderunt Eclesie Matris tue, iniungentes tibi penitentiam salutarem, prout in eorum literis plenius continetur. Nos igitur tuis devotis precibus inclinati, quod a predictis episcopo et penitentiario iuste ac provide factum est in hac parte auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Lugduni III Idus Ianuarii, pontificatus nostri anno quarto.

Document publicat en R. POLL, *Bullarium Ordinis Praedicatorum*, vol. I, p. 170.

VII

2 març 1248.

L'arquebisbe de Tarragona Pere d'Albalat, fra Ramon de Penyafort i fra Miquel, doctor en Teologia, de l'ordre de Predicadors, comissionats pel Papa, elegeixen bisbe de Lleida a fra Guillem de Barberà, prior del convent de Predicadors de Barcelona.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense septembri, vacante ecclesia Illerdensi, cum canonici de electione concordare non possent, compromisserunt in duos eorum, quos ad Sedem Apostolicam transmisserunt, ut de voluntate et consensu domini Papae episcopum eligerent. Cumque hoc esset in derogationem iuris Metropolitanus, ad quem electio devoluta videbatur, nihilominus, volens deferre appellationi per Capitulum Illerdense ad ipsum dominum Papam interpositae, misit nuntium suum ad curiam romanam suplicans domino Papae et cardinalibus, quod ius sibi competens salvare dignarentur. Cumque super hoc inter syndicos capituli et dictum nuntium archiepiscopi esset coram Sanctissimo diutius altercatum, dominus Papa, habito super his consilio, scripsit eidem archiepiscopo et fratri Raymundo de Pennaforti et fratri Michaeli, Praedicatorum ordinis, in hunc modum.

"Innocentius episcopus, Servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Tarracone et dilectis filiis Raymundo de Pennaforti et Michaeli, doctori theologiae, fratribus ordinis praedicatorum, salutem et apostolicam benedictionem. Illerdensis ecclesiae pastoris regimine destituta, cum dilecti filii Capitulum eiusdem, vocatis Rotensibus canonicis et omnibus aliis qui debebant et poterant interesse, praefixa electioni die convenientissim in unum ad habendum de futuri Pontificis substitutione tractatum, et in unam non possent concordare personam, tandem duos canonicos ex se ipsis ad Sedem apostolicam transmisserunt, conferentes illis unanimiter potestatem ut vice ipsorum omnium et nostro consilio et assensu personam idoneam eligerent in pastorem. Illis autem in nostra praesentia constitutis, fuit pro te, frater archiepiscope, propositum coram nobis, quod dicti

canonici ad eligendum admitti aliquatenus non deberent, cum tam ipsi cum praedictum Capitulum eligendi facultatem propter lapsum temporis amisissent, propter quod erat ad te potestas provisionis huiusmodi devoluta. Cum autem super his coram nobis et fratribus nostris fuerit aliquandiu disceptatum, nos de ipsorum consilio, prudentiae vestrae auctoritate praesentium duximus commitendum, ut cum vos in hac parte plenius considerare possitis circumstancias universas, et scire merita personarum, de persona idonea ipsius ecclesiae, vel alterius si digna non reperiatur in ipsa, provideatis eidem, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si ordini vestro, dilecti filii Raymunde et Michael, a Sede Apostolica sit indultum, quod per litteras ipsi fratres eiusdem ordinis se de causis intromittere non teneantur inviti, nisi de indulgentia huiusmodi plenam fecerit mentionem. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, tu, frater Archiepiscope, cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Datum Lugduni nono kalendas ianuarii, pontificatus nostri anno quinto."

Nos igitur Petrus, Dei gratia Tarragonensis archiepiscopus, frater Raymundus de Pennaforti, et frater Michael, habito super his diligenti tractatu, consideratis statu Illerdensis ecclesiae et meritis personarum, sexto nonas martii de persona fratris Guillelmi de Barberano, prioris fratrum Praedicatorum Barcinonae, viri religiosi, providi et honesti, cui morum honestas, litterarum scientia et alia merita suffragantur, eidem ecclesiae duximus providendum. Et sic omnes tres scripserunt Capitulo Illerdensi, ut consentiret electioni praedictae eorum. Et sic octavo idus martii confirmatus est, et iuravit Tarragonae in manu domini archiepiscopi obedientiam, etc.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viage literario*, vol. XVI, p. 308.

VIII

Lyó, 20 octubre, 1248.

Innocenci IV ordena al provincial dels Predicadors d'Espanya i a fra Ramon de Penyafort que d'acord amb el rei Jaume I envíïn a la província narbonesa dos frares idonis per inquirir contra els heretges d'aquella contrada.

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectiis filiis priori provinciali in Hispania, et fratri Raymundo de Pennaforti, ordinis Praedicatorum, salutem et apostolicam benedictionem. Inter alia desiderabilia cordis nostri specialiter id optamus et ad illud pontificie dirigimus nostrae intentionis affectum per quod salus provenit animarum et nomen Domini gloriosum plenus collaudatur. Quia igitur Deo non est acceptable obsequium absque fide, ad propagationem et corroborationem ipsius et Christianae Religionis augmentum, quanta possumus sollicitudine vigilare debemus, et hoc per nos et alias incessanter verbo et opere procurare, ut difficundatur per orbem latius cultus Dei, et messe agri multiplicata Dominici frumentum in caelestia horrea inferatur. In his autem nobis fratres vestri ordinis Dominus specialiter voluit esse adiutores, qui, spretis mundi dissoluti blanditiis, sub religionis arctae rigore, in voluntate Christo ad placitum famulantes, de fidelio campo extirpare noxia et in eo plantare salubria, nec non muniti

spirituali pro defensione Fidei armatura, errorum laqueis irretitos eripere, ac in regione dissimilitudinis conversantes, ad unitatem Matris Ecclesiae revocare diligentia indefessa procurant, proficientes sibi per vitae meritum, et aliis verbo pariter, et exemplo. Unde quia in inquisitione facienda contra haereticos eorumdem fratrum solertiam novimus plurimum opportunam, ipsis huiusmodi negotium providimus specialiter committendum. Ideoque devotionem vestram moneamus, et hortamur in Domino Iesu Christo vobis per apostolica scripta mandantes, quatenus ab ipsis prosecutionem negotii solicite intendens, aliquos fratres eiusdem ordinis de regno Aragoniae, quos ad hoc idoneos fore noveritis, inquisitores haereticae pravitatis in provincia Narbonensi, per districtum tantum charissimi in Christo filii nostri Iacobi, Aragonum regis illustris, auctoritate nostra deputare curetis; iniungentes eisdem, ut in negotio ipso secundum formam a bonae memoriae Gregorio Papa praedecessore nostro editam, et a nobis postmodum innovatam, iuxta quam siquidem procedunt fratres dicti ordinis in ipsa provincia, sicut eidem negotio expedire viderint, tam contra haereticos et ab ipsis ecceden tes et fautores et receptores ac defensores eorum, quam alios ipsi negotio adversantes, neminem praeter Deum in hac parte timendo, efficaciter procedere non omittant. Tu vero, prior, de consilio seniorum et discretorum fratrum praefati ordinis, eiusdem regni inquisidores huiusmodi auctoritate nostra removeas, transerasque, alios substituas vel supersedere facias, cum ex causa rationabili id vide ris faciendum. Datum Lugduni decimo tertio kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno sexto.

Document publicat en AGUIRRE, *Collectio conciliorum Hispaniae*, vol. V, p. 195.

IX

Lyó, 20 octubre 1248.

Innocent IV ordena a l'arquebisbe de Narbona i als inquisidors d'aquella província eclesiàstica que envuin al provincial dels predicadors d'Espanya i a fra Ramon de Penyafort la forma de procedir contra els heretges d'aquella contrada, quan per ells els signi demandada.

[Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri archiepiscopo Narbonensi et dilectis filiis fratribus ordinis praedicatorum inquisitoribus haereticae pravitatis in provincia Narbonensi, salutem et apostolicam benedictionem]. Volumnus et praesentium vobis auctoritate mandamus quatenus formam a bonae memoriae Gregorio papa praedecessore nostro editam et a nobis postmodum innovatam, iuxta quam proceditis contra haereticos in provincia Narbonensi, transcribi fideliter facientes, scriptum huiusmodi, vestris interclusis sigillis, dilecto filio priori provinciali in Hispania et fratri R. de Pennaforti, ordinis praedicatorum, cum super hoc ab eis fueritis requisiti, ut eiusdem formae copiam habeant, transmittatis. Datum [Lugduni decimo tertio kalendas novembris, Pon tificatus nostri anno sexto].

Document publicat en BALUZE, *Miscellanea*, t. VII, p. 414.

X

Barcelona, 19 març 1251.

Fra Ramon de Penyafort, assessorat pel bisbe de Barcelona Pere de Centelles i per G. Vidal i Pere Albert, canonges de la seva Catedral, dóna el seu parer, segons forma penitencial i en consciència, sobre una qüestió pendent entre Guillerma de Claramunt i Ponç de Cervera, la qual havia estat sotmesa voluntàriament per ambdues parts al seu consell arbitral.

Cum esset contentio inter nos dominam Guillelmam de Claromonte et Poncium de Cervaria super hereditate et omnibus bonis Guillelmi quondam de Claromonte, volentes unusquisque nostrum omnino nos purgare a pecato super predicta hereditate et omnibus bonis et reiformare pacem et concordiam inter nos, ne occasione illius hereditatis et bonorum possit inter nos guerra vel discordia suboriri, condicimus et convenimus inter nos quod super omnibus questionibus quas ad invicem habemus super dicta hereditate et bonis stenus et acquiescamus dicto et consilio vestri fratris R. de Pennaforti quod nobis dixeritis et consuleritis in forma penitencie sine strepitu et omni iudicali cognitione. Concedentes vobis quod de licentia et expresso assensu nostro consilium, dictum seu ordinationem vestram reveletis et dicatis utrique nostrum in presentia venerabilis fratris P., Dei gratia episcopi Barchinone, et G. Vitalis et P. Arberti, canonorum eiusdem. Actum est hoc pridie idus marci, anno Domini M° CC° quinquagesimo.

Ego igitur frater Raimundus de Pennaforti, de ordine fratrum predicatorum, ad multarum precum instanciam tam domine Guillelme de Claromonte quam nobilis viri Poncii de Cervaria, timens utriusque partis occasione dissensionis huiusmodi expensas immensas pariter et labores et maxima scandala animarum pericula que verisimiliter possent ex inde provenire, ex altera vero parte desiderans concordiam, unitatem et pacem quam Dominus noster Ihesus Christus predicavit et docuit et suis fidelibus pro hereditate reliquit, acquiescens precebus antedictis concessi quod, intellecta ab utraque parte veritate facti, simpliciter et de plano daremus utrique consilium secundum formam penitencialem et conscientiam, sine strepitu et omni iudicali cognitione, ita etiam quod aliquis eorum non esset per me astriclus consilio meo stare, adiecto quod dominus P., Barchinonensis episcopus, et G. Vitalis et P. Arberti, eiusdem ecclesie canonici, essent michi de utriusque partis consilio et voluntate speciales consiliarii et adiutores. Ex inde, receptis petitionibus et defensionibus quas dictus nobilis Poncius de Cervaria contra ipsam dominam Guillelmam et quas ipsa domina Guillelma contra dictum Poncium proponere invicem voluerunt, premissa super universis et singulis capitulis diligenti deliberatione, habito etiam consilio et tratatu cum ipso venerabili patre Barchinonensi episcopo et cum predictis canoniciis G. Vitali et P. Arberti et cum aliis pluribus sapientibus, tam religiosis quam secularibus omni suspicione parentibus, qui omnes mecum in idem consilium quod scriptum est in sequentibus concordarunt, dono vobis domine Guillelme de Claromonte secundum formam penitencialem et conscientiam, iuxta datam michi a Deo gratiam, consilium quod hiis que in sequentibus vobis quacumque ratione conceduntur vel dimituntur sitis contenta, ita quod super aliis non inquietetis de ce-

tero aliquo modo Poncium de Cervaria vel suos occasione aliquarum petitionum quas habueritis vel credideritis vos habuisse contra eum usque ad presentem diem, et ea que a vobis danda, solvenda vel restituenda dicuntur simpliciter et sine contencione dicto nobili vel creditoribus hereditariis detis, solvatis et restituatis, et hec omnia simpliciter et bona fide compleatis; versa vice dono vobis Poncio de Cervaria secundum formam penitencialem et conscientiam, iuxta datum michi a Deo gratiam, consilium quod huius que in sequentibus vobis quamcumque ratione conceduntur vel dimittuntur sitis contentus, ita quod super aliis non inquietetis de cetero aliquo modo dominam Guillelmam de Claromonte vel suos occasione aliquarum petitionum quas habueritis vel credideritis vos habuisse contra eam usque ad presentem diem, et ea que a vobis danda, solvenda vel restituenda dicuntur, simpliciter et sine contencione dicte domine Guillelme vel creditoribus hereditariis detis, solvatis et restituatis et hec omnia simpliciter et bona fide compleatis. Forma autem consilii mei talis est: Consulo quod Poncius de Cervaria habeat iure substitucionis apposite in testamento Guillelmi de Claromonte, castra scilicet de Claromonte, de Orpino, de Rubi et de Cubellis in solidum, sine deduccione legitime et quarte trebellianice. Item consulo quod domina Guillelma de Claromonte, cum dericerit substitutio in persona Raimundi Alamagni facta, qui mortuus fuit vivente G. de Claromonte testatore, habeat ex successione filii sui Gilelmoni castra de Tamarito, de Monte Olivo et de Cocciano et omnes alios honores quondam Guillelmi de Claromonte, tam feudum quam alodium, scilicet in quibus non fuit facta substitutio in persona Poncii de Cervaria, cum propinquior sit ipsa domina Guillelma ipsi Gilelmono filio suo, quam Poncius de Cervaria. Es vero alienum in quo G. de Claromonte erat obligatus quod adhuc remanet ad solvendum, solvatur pro rata secundum hereditarias porciones a domina Guillelma et Poncio de Cervaria; de iam soluto autem fiat invicem compensacio et restitutio hinc et inde pro rata similiter usque ad hereditarias porciones. Fructus vero et proventus perceptos de castro de Cubellis a morte scilicet Gilelmoni citra, quos ipsa domina dicit se solvisse creditoribus hereditariis, sive eos solverit creditoribus sive sibi retinuerit vel in alios usus suos converterit, habeat domina Guillelma recipere in computum et compensacionem debitorum que aparuerit ipsam solvisse ultra partem scilicet ipsorum debitorum que eam contingit pro hereditaria porcione; et si plus fuerit in fructibus restitutus ipsa domina Guillelma dicto Poncia de Cervaria, si autem minus refundat sibi dictus Poncius pro hereditaria porcione. In ere autem alieno intelligo mille morabetinos qui eam contingunt ex successione filie sue Geralde; item duo milia et CC morabetinos quos domina Guillelma habet pro dote sua et sponsalicio. De quibus omnibus morabetinis accio est confusa in ea parte in qua ipsa est heres; reliquum vero debet ei solvere Poncius de Cervaria pro parte sua, salvis omnibus paccionibus in instrumento sponsalicii ipsius domine Guillelme appositis, in quibus per hec nullum preiudicium generetur. Item consulo quod super declaratione debitorum solutorum et solvendorum et super declaracione iurium hereditatis eligant aliquem iudicem vel iudices comunes qui testes et alias probationes recipient et determinent, requisito, si opus fuerit, consilio nostro.

Ad hec nos domina Guillelma de Claromonte et Poncius de Cervaria, concedentes quod hoc consilium datum nobis a fratre R. de Pennaforti predicto cedit in commodum et magnam utilitatem nostram, id ipsum consilium per nos et nostros laudamus et approbamus; promitentes nobis ad invicem quod nun-

quam veniamus contra predicta vel aliquid de predictis per nos vel per aliqua persona interposita.

Datum fuit hoc consilium XIII^o kalendas aprilis, anno Domini M^o CC^o quinquagesimo.

Sig~~X~~num domine Guillelme de Claromonte. Sig~~X~~num Poncii de Cervaria, qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt dominus frater P., Barchinonensis episcopus, G. Vitalis et P. Arberti, Barchinonenses canonici, G. de Cervilione, R. de Rippis, P. de Castro Gali, P. de Sancto Minato, G. de Sancta Columba, G. de Monte Olivo, Mosterius clericus de Tamarito et A. de Bucho, clericus de Cubellis.

Ego frater Petrus, Barchinonensis episcopus, subscribo. Signum (*signe*) Petri Arberti, Barchinonensis canonici.

Signum (*signe real*) Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani, qui omnia et singula supradicta laudamus, concedimus et confirmamus, salvo in omnibus et per omnia iure nostro; appositorum, mandato domini regis, G. Scriba, notario suo, per manum G. de Rocha, in Barchinona IIII kalendas aprilis anno Domini M^o. CC^o L^o primo.

Sig(*signe manual*)num Petri Marchesii, publici Barchinone notarii, qui hec scribi fecit et clausit, cum litteris rasis et emendatis in IIII^a et in XI^a lineis, et appositis in XV^a; die et anno quo supra.

Pergamí 1241 de Jaume I, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó (1).

XI

Barcelona, 23 març 1251.

Testament del bisbe de Barcelona Pere de Centelles, qui designa per assessors dels seus marmessors el prior del convent de Santa Caterina de Barcelona i fra Ramon de Penyafort.

In Christi nomine. Nos frater Petrus, Dei gratia Barchinonensis episcopus, cum consilio et voluntate prioris Sanctae Caterinae, facimus nostrum testamentum sive ultimam ordinationem in nostro sensu et sana memoria. In quo eligimus manumissores nostros Arnaldum de Gurbo, archidiaconum, Ferrarium de Lauro, sacristam, Bernardum de Cintillis, Petrum Arberti, Bernardum de Pirariis et Raymundum de Monte-Signo, canonicos Barchinonenses, Guillelmum de Lacera, Iacobum Gerardi, et Gerardum de Villafranca. Et primum mandamus solvi et restitui, sine aliquo diffugio et malitia et strepitu causarum, omnia debita et iniurias et offensas cunctas a nobis, dum essemus sacrista, et postquam fuimus episcopus, et etiam alias, in quibus teneamur tam pro nobis, quam pro aliqua persona, secundum quod continentur in memoriali nostro, quod est in domus Sanctae Caterinae, et etiam alia quae poterunt probari per testes vel per scripturas, vel aliam legitimam declarationem secundum Deum et forum poenitentiale. Et haec omnia fient ad arbitratum manumissorum nostrorum cum consilio prioris fratrum Praedicatorum Sanctae Caterinae, vel locum ipsius tenentis,

(1) El pergami 1242 és el document d'execució d'aquesta sentència arbitral.

et fratri Raymundi de Pennaforti, vel alterius eorum, si ambo commodo haberi non possent. Et ad solvenda sive restituenda omnia dicta debita et iniurias et offensas, quas contraximus dum essemus sacrista, assignamus de praesenti et obligamus omnia bona nostra, mobilia et immobilia, et specialiter omnes emptiones quas fecimus dum essemus sacrista, videlicet, leudas quas emimus a Guillermo de Mediona et Saurina uxore eius; et de praesenti assignamus et tradimus specialiter ad debita et iniurias et offensas quas fecimus dum essemus sacrista, ipsos octigentos quinquaginta morabatinos quos habuimus de honore nostro Santi Quirici de Terracia, quem vendidimus Bernardo de Cintillis, et ipse Bernardus vendidit Berengario Suavi, civi Barchinonensi. Quos morabatinos iam tradidimus Ioanni Poncii, campsori Barchinonensi, ad solvendos in debitibus et iniuriis antedictis. Et quod in continent vendatur de dictis leudis, si necesse fuerit, tanta pars, quod de praetio ipsius partis satisfiat quaerellantibus et iniuriam passis, quibus tenebamur tempore electionis nostrae, scilicet, dum eramus sacrista; salvis tamen ante omnia in ipsis leudis, ducentis solidis censualibus, quos olim assignavimus sacristae ecclesiae Barchinonensis pro restitutione honoris Dertusae, quem vendidimus, et pro qualibet offensa seu iniuria, quas alias ei teneremur; et salvis etiam centum quinquaginta solidis censualibus, quos assignavimus in eisdem leudis elemosinae praedecessoris nostri pro escambio honoris qui est prope ecclesiam Sanctae Caterinae, quem dedimus domui Sanctae Caterinae; salvis praeterea centum solidis censualibus magistro Raymundo, canonico Barchinonensi, quos eidem assignavimus in ipsis leudis pro iniuriis et offensis, in quibus nos, et Bernardus de Medalia, nepos noster, canonicus quondam Barchinonensis, sibi tenebamur. Et istam venditionem facient manumissores nostri statim post obitum nostrum, si necesse fuerit; et sit ipsa venditio adeo firma et stabilis, ac si a nobis personaliter esset facta. Nos enim laudamus et approbamus de praesenti illam venditionem. Solutis autem debitibus et restitutis iniuriis et offensis quas contraximus ante electionem nostram, et deductis ducentis solidis sacristiae et centum quinquaginta solidis elemosinae et centum solidis magistri Raymundi, assignamus de praesenti in ipsis leudis altari Sancti Martini, constructo a nobis in claustro Barchinonensi, et presbytero eiusdem, scilicet, Petro Iulio, qui nunc est, et successoribus suis, trecentos quinquaginta solidos Barchinonenses in perpetuum censuales; et quod presbyter illius altaris, qui ibi est, vel pro tempore ibi fuerit, faciat annuatim in perpetuum in ecclesia Barchinonensi anniversarium pro anima nostra, secundum consuetudinem ipsius ecclesiae. Et volumus et mandamus, quod post mortem nostram, quandocumque ipsum altare vacare contingat, praedicti praesbyteri institutio fiat per episcopum et capitulum infra mensem; alioquin episcopus per se faciat institutionem presbyteri antedicti. Quibus omnibus completis, totum residuum dictarum leudarum, et omnia alia bona nostra mobilia et immobilia quae habebamus et quae ad nos poterant pertinere aliqua ratione tempore confirmationis nostrae, praeter mansum quem habemus in termino castri de Monte-Tornesio, quem iam dedimus et etiam nunc damus monasterio Sanctae Mariae de Ionches, damus et assignamus de praesenti elemosinae ecclesiae Barchinonensis, ita quod elemosinarius Sedis Barchinonensis, qui pro tempore ibi fuerit, procuret perpetuo annuatim semel in qualibet mense mensam fratrum Praedicatorum Barchinonensium, et bis in anno mensam fratrum Minorum Barchinonensium, et etiam bis in anno mensam monialium domus Sancti Antonini Barchinonensis, ordinis Sancti Damiani, et quod dictus elemosinarius donet pro qualibet procuratione fratrum Praedicatorum,

fratum Minorum et dictarum monialium tres morabatinos in auro. Et de eo, quod residuum fuerit reficiat pauperes in reectorio ecclesiae Barchinonensis, secundum quod alii pauperes reficiuntur ibidem; ita tamen quod de praedictis instituantur ibidem numerus pauperum secundum cognitionem manumissorum nostrorum et episcopi et capituli Barchinonensis. Item volumus et mandamus quod debita solvantur et iniuria et offensae restituantur quae contraximus postquam fuimus episcopus confirmatus, de omnibus bonis nostris mobilibus quae a flumine Lupricati ultra et in Maioricis habebimus ratione episcopatus tempore mortis nostrae et secundum ordinationem quam nuper fecimus cum assensu capituli cum publico instrumento. Et quia tempore quo fuimus episcopus confirmatus habebamus in mobilibus ultra summam decem millium solidorum, quae omnia expendidimus in usus episcopatus, volumus et mandamus quod de omnibus mobilibus quae tempore mortis nostrae habebamus a flumine Lupricati citra, in recompensationem praedictae summae solvatur, et restituatur in debitis et iniuriis tempore sacristiae contractis, si non suffecerint superius ad hoc assignata summa decem millium solidorum. Et si suffecerint quae superius assignata sunt, de ipsis mobilibus nostris solvantur, simul cum aliis assignatis ad haec debita, iniuria et offensae quas contraximus postquam fuimus episcopus confirmatus. Et si praedicta omnia non sufficient, et necesse fuerit, in solutione debitorum, et restitutione iniuriarum quae tempore episcopatus contracta fuerunt, vendatur adquisitio quam fecimus a Veil de Guarnal, in domo et pertinentiis de Vilar-dida, salva pactione quae est inter nos et ipsum et uxorem eius et filios eorum; et emptio quam fecimus a militibus de Bessons, de domo de Cuguyada; et omnes aliae emptiones quas fecimus in toto termino castri Villae-rotundae. et Montis-macelli; et de praetio ipsorum satisfiat omnibus supradictis usque ad ultimum quadrantem, ad arbitrium dictorum manumissorum cum consilio dictorum fratrum. Solutis vero debitis omnibus et restitutis iniuriis et offensis a nobis contractis, dimittimus monasterio de Ionchères centum morabatinos. Item restituimus et definimus de praesenti monasterio Sancti Petri de Rosis illud feendum quod olim tenuimus ab eo, apud Provincianam, et quod nunc tenet Arnaldus de Gurbo, archidiaconus. Iniungentes firmiter eidem quod ipse possesiones illas restituat dicto monasterio, sine diffugio et mora; et mandamus, quod si quam intulimus iniuriam monasterio praedicto, vel sibi in aliquo tenemur, quod restituatur ei per manumissores nostros. Item mandamus quod debita et iniuria antecessoris nostri, de quibus non est ahduc satisfactum, solvantur integre et restituantur incontinenti, non obstantibus transactionibus sive compositionibus, si quas fecimus in praeiudicium illorum quibus erat restitutio facienda. Et si successor noster, qui pro tempore fuerit, noluerit vel impedierit hoc facere, volumus et mandamus quod omnes emptiones, acquisitiones et patrimonium praedecessoris nostri sine dilatione vendantur, et de praetio illorum et de residuo, si quod fuerit de emptionibus et acquisitionibus a nobis factis in termino Montis-Macelli, et Ville-rotundae, post restitutionem iniuriarum nostrarum et solutionem debitorum nostrorum, plenarie satisfiat omnibus quaerelantibus et iniuriam passis ab ipso praedecessore nostro, ad arbitrium dictorum manumissorum et cum consilio dictorum fratrum, secundum quod dictus episcopus praedecessor in suo testamento mandavit. Rogamus etiam dictum archidiaconum et Bernardum de Cintillis et omnes alios manumissores nostros, quod habeant talem provisionem de bonis nostris circa nostram familiam, quallem eos habere deceat et saluti animae nostrae viderint expedire. Et si omnes manumissores nostri supradicti in hiis omnibus

quae superius scripta sunt exequendis non poterunt vel noluerint interesse, archidiaconus vel Bernardus de Cintilliis, si praesens fuerit, cum uno vel duobus de praedictis manumissoribus, et cum consilio prioris fratrum Praedicatorum vel ipsius locum tenentis, et fratrī Raymundi de Pennaforti, vel alterius eorum, praedicta omnia exequantur, ratum de praesenti perpetuo habentes quidquid per ipsos factum fuerit. Manumittimus etiam post obitum nostrum et liberos facimus Bartholomeum, cochum nostrum, et sororem eius Guillelmam, et filios eorum habitos et habendos, cum omnibus bonis suis. Item supplicamus domino Tarrachonensi archiepiscopo, qui pro tempore fuerit et domino regi et domino Gastoni, ut, sicut de ipsorum benevolentia et liberalitate specialiter confidimus, istam praesentem ordinationem nostram seu ultimam voluntatem faciant effectui mancipari; contradictores, si qui forsitan erunt, vel impedire volentes compellendo, propter Deum, ut a contradictione huiusmodi resilirent. Item volumus et mandamus quod si super ista ultima dispositione sive ordinatione nostra oriaretur aliqua dubitatio, archidiachonus cum ille manumissoribus, quibus videret expedire, et cum consilio dictorum fratrum vel alterius eorum, declarent illam dubitationem, prout, secundum Deum, saluti nostrae animae viderint expedire. Et si haec nostra ordinatio non valet ut testamentum, volumus et mandamus quod valeat iure codicillorum vel iure etiam cuiuslibet ultimae voluntatis sive ordinationis. Actum est hoc X kalendas aprilis, anno Domini millesimo ducentessimo quinquagessimo primo.

Signum fratris Petri, Dei gratia Barchinonensis episcopi, qui praedicta omnia et singula laudamus, approbamus, et firmamus coram manumissoribus, et fratri Raymundo de Pennaforti, et fratri Arnaldo Segarra, et fratri Arnaldo Salamonis, et aliis fratribus ordinis fratrum Praedicatorum, et multis aliis testibus, in manu Petri de Bages, notarii publici Barchinone, eo quia aggravati infirmitate quam patimur, non possumus firmare manu propria, prout consuevimus, volentes quod hoc firmamentum factum a nobis coram praedictis in manu dicti Petri de Bages sit adeo firmum et stabile, ac si a manu nostra propria esset scriptum. Ego Arnaldus de Gurbo, Barchinonensis archidiaconus, qui hoc firmo. Sigillum Ferrari de Laro Barchinonensis sacristae. Sigillum Petri Arberti, Barchinonensis canonici. Sigillum Bernardi de Pirariis, Barchinonensis canonici. Sigillum Raymundi de Monte-signo, Barchinonensis canonici. Ego Gerardus subscribo. ¶ Sigillum Petri de Bages, notarii publici Barchinone, Sigillum Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, Maioricae et Valentiae, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispessulani, qui praedicta omnia laudamus et confirmamus; apponitum mandato eiusdem domini regis per manum Petri Andreeae, scriptoris sui, apud Flix, VIII kalendas madii, anno Domini millesimo ducentessimo quinquagessimo secundo. Sigillum Mathaei Lupeti, notarii publici Barchinone, qui haec scripsit, et clausit in scribania Petri de Bages, notarii, cum litteris emendatis in XXIII linea ubi dicitur "sive", die et anno quo supra.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viage literario*, vol. XVII, p. 254.

XII

Barcelona, 6 febrer 1252.

Fra Ramon de Penyafort és un dels testimonis presents a l'acte de prestació de canònica obediència per l'abat de Sant Cugat del Vallès al bisbe de Barcelona.

In nomine Domini, amen. Sit omnibus notum quod ego frater Petrus, Dei gratia abbas Sancti Cucuphati, promitto coram Deo et sanctis eius canonicam obedienciam et reverenciam vobis domino fratri Petro, Dei gratia Barchinonensi episcopo, et successoribus vestris, salvis regula et ordine beati Benedicti et salva sentencia inter abbatem et monasterium nostrum et vos et ecclesiam Barchinone lata per Magistrum Iohannem Astensem, domini pape Innocencii quarti, subdiaconum et capellanum, de speciali mandato eiusdem apud Lucdunum, et salvis etiam declaracionibus omnibus per dominum Petrum Terrachonensem archiepiscopum super dicta sentencia postmodum subsecutis. Actum est hoc in camera domini Barchinonensis episcopi, pridie nonas febroarii, anno Domini millesimo CC^o quinquagesimo primo.

✠ Ego frater Petrus, Dei gratia Sancti Cucuphati abbas, subscribo.

Testes qui ad hoc presentes fuerunt sunt: dominus Bernardus, Dei gratia Viensis episcopus; frater Raimundus de Pennaforti; frater Petrus de Podio Cerdano ordinis fratrum Predicotorum; frater Geraldus de Castlarino, monachus; frater Guillelmus de Rubi, monachus; frater Arnaldus de Amegiis, monachus; Poncius Gonterii, monachus; frater Guillelmus de Calidis, monachus; frater Bernardus de Tuguriis, monachus; frater Geraldus de Senabre, monachus; frater A. Catelli, monachus Sancti Cucuphati; Petrus de Ayreis, Petrus de Sancto Ypolito et Petrus de Gualba, Vicenses canonici; Arnaldus de Gurbo, Barchinone archidiacomus; A. de Picalqueriis, P. de Meserata, P. Arberti, Bernardus de Pirriis, R. de Montesigno, Barchinonenses canonici; Guillelmus de Lacera, civis Barchinonensis; Bernardus de Plicamanibus, Petrus de Castro-Galino et Bernards de Rubi, milites; et multi alii cives religiosi, clerici et laici.

Sigillum Guillelmi de Denia, publici Barchinonensis notarii.

Document transcrit en el *Liber antiquitatum* de la Catedral de Barcelona, vol. III, fol. 153.

XIII

Perusa, 15 març 1252.

Innocenci IV ordena a fra Ramon de Penyafort i al ministre dels framenors d'Aragó i Catalunya les investigacions oportunes per informar-lo respecte el cas del bisbe d'Urgell, acusat de diverses gravíssimes culpes.

Innocentius episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis fratri Raymundo de Pennaforti Ordinis fratrum Predicotorum, et ministro fratrum Minorum in Aragonia et Catalonia, salutem et apostolicam benedictionem. Ne aliorum culpas

nostras efficere videamur, fiatque anima nostra pro animabus illorum, tanquam eos in suis iniquitatibus foveamus, expedit ut culpas ad Nos cum ea quam decet gravitate delatas, non relinquamus penitus indiscussas. Sane dilectus filius Ricardus archidiaconus, Raymundus de Angularia, Arnaldus de Muro, Guillelmus Bernardi de Fluvian, et Arnaldus de Querol, canonici Urgellenses, clamosa Nobis insinuatione monstrarunt, quod venerabilis frater noster Pontius, Urgellensis episcopus, simonia, incestu, adulterio, aliisque criminibus irretitus, bona Urgellensis ecclesie dilapidat enormiter et consumit. Preterea, cum idem episcopus diversis sit excommunicationum sententiis innodatus, divina celebrare officia, immo verius profanare, presunit, alia enormia commitere non formidans, que longum esset literis explicari; verum, quia tante perversitatis opera, si presidium obtinent firmitatis, non sunt silentio committenda, sed curanda potius canonice studio sanctionis, mandamus, quatenus personaliter accedentes ad locum, et habentes pre oculis Divine reverentiam Maiestatis, inquiratis super premissis diligentius veritatem; que inveneritis nobis vestris literis fideliter rescripturi, ut, ex relatione vestra sufficienter instructi, que super iis expedire viderimus, auctore Domino, disponamus, alienatione bonorum ecclesie ipsius eidem episcopo interim penitus interdicta, et revocata in statum pristinum quicquid contra eosdem archidiaconum et canonicos, ac alios de capitulo ipsius in hac parte adherentes eisdem, post iter arreptum ad Sedem apostolicam inveneritis temere attentatum, nec permittatis ipsos, pendente dicto negotio, a prefato episcopo indebitate molestari, ac faciat eisdem huiusmodi negotium prosequenteribus, prebendarum suarum proventus integraliter exhiberi. Contradictores auctoritate nostra etc. Non obstantibus aliquibus indulgentiis Ordinibus vestris, ab apostolica Sede consessis, ut fratres dictorum Ordinum de causis litigantium per literas apostolicas cognoscere, seu quidquam exequi minime teneantur, vel si aliquibus a Nobis indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Sedis eiusdem. nisi de indulto huiusmodi plenam fecerint mentionem. Quod si non ambo etc. Datum Perusii idibus martii, pontificatus nostri anno nono.

Document publicat en RIOLL, *Bullarium*, vol. I, p. 204.

XIV

Perusa, 9 febrer 1253.

Innocenci IV encomana a fra Ramon de Penyafort, capellà i penitencier seu, resident a Barcelona, que, després d'examinar l'elecció d'abat del monestir de Sant Sadurní de Tavernoles, si aquesta hagués estat feta regularment i hagués recaigut en persona idònea, la confirmi per delegació apostòlica donant la benedicció al nou abat i rebent d'ell jurament de fidelitat a l'Església romana.

Innocentius episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennafort, Ordinis Predicatorum, Barchinone commoranti, capellano, et penitentiario nostro, salutem, et apostolicam benedictionem. Sua Nos dilectus filius prior, et conventus monasterii S. Saturnini de Tavernulis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, Ordinis S. Benedicti, Urgellensis diocesis, petitione monet, quod monasterio ipso abbatis regimine destituto, ipsi convenientes in unum,

Spiritus Sancti gratia invocata, Bernardum de Vereto, priorem prioratus S. Andrei infra Pontes, eiusdem Ordinis, dicte diocesis, virum utique, ut afferunt, providum, et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, in eorum abbatem canonice et concorditer postularunt, cui abbas S. Marie Rivipollensis predicti Ordinis, ad quem prioratus ipse immediate pertinet concessit licentiam ad ipsum monasterium transeundi. Quare dicti prior et Conventus Nobis humiliter supplicarunt, ut postulationem huiusmodi admitti et eidem postulato manda-remus munus benedictionis impendi. Quocirca mandamus, quatenus, si tibi constiterit, dictum monasterium ad Nos nullo medio pertinere, inquisita de modo postulationis, postulantum studiis et postulati meritis diligentius veritate, si postulationem ipsam inveneris de persona idonea canonice celebratam, eam admittens, auctoritate nostra facias eidem postulato munus benedictionis impendi, et a suis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi; recepturus ab eo postmodum pro Nobis, et Romana Ecclesia fidelitatis solite iuramentum, iuxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus introclusam. Formam autem iuramenti, quod ipse prestabit, de verbo ad verbum per eius patentes literas, suo sigillo signatas, Nobis per propium nuncium studeas quantocius destinare; alioquin ea rite cassata etc. Contradictores etc. Datum Perusii V idus februarii, pontificatus nostri anno decimo.

Document publicat en RIPOLL, *Bulliarium*, vol. I, p. 225.

XV

Assís, 25 agost 1253.

Innocenci IV delega a fra Ramon de Penyafort, penitencier i capellà seu, resident a Barcelona, perquè accepti la renúncia de l'abat de Ripoll, invalidat per incurable malaltia.

Innocentius episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennafort, penitentario et capellano nostro, Barchinone commoranti, salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte dilecti filii Dalmatii, abbatis monasterii S. Marie Rivipollensis, Ordinis sancti Benedicti, Vicensis diocesis ad Romanam Ecclesiam, prout dicitur, nullo medio pertinentis, Nobis fuit humiliter suplicatum, quod cum ipse gravi et incurabili morbo laboret, et propter hoc tantam debilitatem incurrerit, ut ad exequendum abbatie regimen inhabilis sit effectus, cessionem eius quoad abbatiam dicti monasterii recipi faceremus. Nos itaque devotis eius precibus annuentes, mandamus, quatenus, si est ita, cessionem ipsius vice nostra recipias, ac in bonis prefati monasterii provisionem, de qua dum vixerit sustentari valeat, assignes eidem. Contradictores etc. Datum Assisii VIII kalendas septembries, pontificatus nostri anno undecimo.

Document publicat en RIPOLL, *Bulliarium*, vol. I, p. 239.

XVI

Nàpols, 5 maig 1255.

Alexandre IV delega a fra Ramon de Penyafort, capellà seu, perquè accepti la dimissió del bisbe de Lleida, ancjà i valetudinari, i perquè dels béns d'aquella església li assigni còngrua provisió per al seu manteniment.

Alexander episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennafort, Ordinis Predicatorum, capellano nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Usque in senectam, et senium in officio pastoralis cure perductus, venerabilis frater noster episcopus Ilerdensis, nobis humiliter supplicavit, ut, cum confectus senio et nimia corporis debilitate gravatus, nequeat pastorale officium ut expedit adimplere, ac per hoc oneri pontificalis officii cedere sit paratus, cessionem ipsius recipere curaremus. De tua igitur circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus, quatenus, consideratis diligenter circumstantiis universis, si ecclesie Ilerdensi videris expedire, recipiens cessionem huiusmodi vice nostra, prefato episcopo de bonis episcopalibus pro sustentatione sua provisionem congruam et honestam studeas assignare, ac facias eum pacifica ipsius possessione gaudere. Contrariis, non obstantibus, si aliquibus, quod interdici, suspendi, vel excommunicare non possint, per literas apostolicas sit indultum. Datum Neapoli III nonas maii, pontificatus nostri anno primo.

Document publicat en RIPOLL, *Bulliarium*, vol. I, p. 281.

XVII

Tarragona, 1 desembre [1256]?

Lletra de l'arquebisbe de Tarragona, Benet de Rocaberti, a fra Ramon de Penyafort i al prior del convent de Predicadors de Barcelona relativa a l'actuació inquisitorial contra els heretges de Berga.

Benedictus, divina providentia archiepiscopus Tarragonensis, venerabilibus et dilectis in Christo religionis viris fratri Raymundo de Pennaforti et priori domus Praedicatorum Barchinone, salutem et sinceram in Domino charitatem. Significamus vobis, quod cum capitulo nostro et aliis viris religiosis et pluribus sacerdotibus, deliberatione habita diligentem, diem Sancti Nicolai duximus assignandum, ut nos, et ille qui vices gerebat venerabilis fratris nostri episcopi Urgellensis, ac ali ad hoc necessarii, essemus apud Bergam personaliter constituti pro negotio inquisitionis contra haereticos factae per religiosum virum fratrem Petrum de Thenis in diocesi Urgellensi, auctore Domino, prospere consummando; veruntamen, cum ex parte ecclesiae Urgellensis nobis fuerit declaratum, quod dictus episcopus ab administratione spiritualium et temporalium episcopatus Urgellensis est suspensus, ita quod per se vel per alium nihil de bonis episcopatus sive de ipso episcopatu debet percipere, seu etiam in eo ministrare, secundum quod in translato sententiae super hoc latae nobis transmisso, cuius formam vobis mit-

timus, plenius continetur, videtur nobis et capitulo nostro et pluribus sapientibus, quod in hoc casu illi qui gerebant vices episcopi vel capitulum Urgellense, cum non dicatur Sedes vacare, vel etiam nos procedere ad decisionem dicti negotii non possimus, sed tantummodo dictus frater Petrus, qui usus est iurisdictione a dicto episcopo sibi commissa et a nobis postmodum confirmata. Ipse tamen dixit quod preceptum est sibi a vobis fratri Raymundo, ex parte prioris provincialis, quod non procedat super huiusmodi negotiis decidendis, ac ideo sine mandato speciali super hoc non procedet ullo modo. Cum igitur si ex hoc dictum negotium impeditetur, non solum scandala sequerentur, immo totum negotium posset destrui in magnum dispendium plurium animarum et fidei orthodoxae, discretionem et devotionem vestram rogamus, hortamur in Domino et monemus, quatenus dicto fratri Petro in sententiis super dicto negotio proferendis a vobis plena licentia per spetiale litteram tribuat, quam nobis mittatis per praesentium portitorem, vestrum nihilominus in scriptis salubre nobis super hoc consilium impensuri, et nobis ac dicto fratri Petro dictas literas et responsionem transmittatis, ita quod die iovis mane apud Villamfrancham, ubi eam expectabimus, habeamus; quia alias, secundum consilium habitum, non accederemus ad diocessum Urgellensem. Ut autem super praemissis quid agendum sit plenius videatis, translatum commissionum dicti fratris Petri et sententiae contra episcopum latae, ut dictum est, vobis mittimus sigilli nostri munimine interclusum. Datum Tarracone, kalendis decembris.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viaje literario*, t. XI, p. 232.

XVIII

[1256]?

Lletra de fra Pere, prior del convent de Predicadors de Barcelona, i fra Ramon de Penyafort, a l'arquebisbe de Tarragona, en resposta a la lletra anterior i a una altra del propi arquebisbe sobre la mateixa qüestió.

Reverendissimo in Christo patri domino Benedicto, Dei gratia archiepiscopo Tarragonensi, frater Petrus, servus fratum Praedicatorum Barchinone, et frater Raymundus de Pennaforti, salutem et reverentiam debitam ac devotam. Recepitis litteris paternitatis vestrae tertia feria per manus magistri A., respondi ei ego frater Raymundus, quia mihi spacialiter litterae mittebantur, prout scivi et potui viva voce, iuxta vestram reverentiam et honorem. Postmodum feria quinta circa nonam recepimus alias litteras per quandam puerum cursorem vestrum, de quarum tenore mirati fuimus et turbati, pro eo quod adversarius veritatis impedimenta contra fidei negotium machinatur. Hoc autem scitote pro certo, quod a quindecim diebus citra iam tribus vicibus intelleximus a personis pluribus fidel dignis, aliquibus hoc assertione indubitate per litteras referentibus, et aliis viva voce, qui et litteras repererant de curia, et certitudinem per personas notas et fidedignas, quae in facto praesentes fuerant et oculis suis viderant, quod dominus episcopus Urgellensis fuit indubitanter depositus per sententiam domini Papae in primo sabbato octobris. Audivimus etiam, quod ante sententiam depositionis fuerat lata suspensionis sententia contra ipsum. Unde secundum hoc, cum constet Urgellensem ecclesiam vacare, potestis indubitanter procedere, vel vos, vel capi-

tulum, vel simul, prout vestra circumspecta discretio magis videret expedire. Posito etiam quod non esset lata sententia, quod non credimus, vicetur tutius quod vos, pater, cum aliis, tam cum procuratoribus domini episcopi, quam cum capitulo, procedatis ad sententiam proferendam, praesertim cum sitis iudex ordinarius, et nihil in praeiudicium domini episcopi vel iurisdictionis ipsius super praedictis facere intendatis. Et his omnibus exequendis posset frater Petrus de Thenis, licet prohibitum sibi fuerat a priori provinciali ferre sententiam, praestare suum consilium et assensum tantum. Valere posset autem rationi commisionis, quam sibi fecit episcopus Urgellensis. Haec ita scripsimus vobis de confidentia spetiali, et quia sic placuit vobis quod vobis nostrum consilium rescriberemus, nec alias, si hac vice deseratis negotium, fides pericitetur in infamiam, non solum vestram, sed etiam praelatorum et totius cleri, et in periculum et scandalum plurimorum.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viage literario*, t. XI, p. 234.

XIX

[1256]?

Lletra de fra Pere, prior del convent de Predicadors de Barcelona, i fra Ramon de Penyafort, a fra Pere de Thenes i fra F. de Villarrubea sobre la mateixa qüestió de la inquisició contra els heretges de Berga.

Venerabilibus et in Christo charissimis fratri Petro de Thenis et fratri F. de Villarubea, frater Petrus servus Praedicatorum Barchinone et frater Raymundus de Pennaforti, salutem in Domino Iesu Christo. Litteris venerabilis fratris nostri archiepiscopi et vestris diligenter inspectis, mirati fuimus et turbati, pro eo quia inimicus et adversarius veritatis machinatur insidias ut fidei negotium perimat et pervertat. Tamen qui non est propter hoc, sicut vobis videtur, tantum negotium deserendum, et ego frater Raymundus propter graves infirmitates meas non possum intendere prolixae responsioni vel dictam litterarum, respiciatis litteras, quas domino archiepiscopo, iuxta modicitatem nostram et gratiam nobis datam, super hoc destinamus, et secundum tenorem ipsarum cum domino archiepiscopo et aliis procedatis. Unde, si ipse dominus archiepiscopus deseruerit ad praesens negotium occassione litterarum, quas de suspensione episcopi Urgellensis dicitur recepisse, utrum vos debeatis ire Bergam sine ipso, vel quid agere debeatis, claram responsionem non possumus invenire, sed committimus arbitrio vestro ut sive per litteras sive praesentialiter, apud illos nobiles vos ipsos, et ordinem quanto cautius et veracius poteritis, excusetis. Et si quid consilium, praeter hoc, quod sententiam non feratis, et ut haeretici non evadant et fidei non pericitetur negotium invenire poteritis, Ipso inspirante cuius negotium agitur, iuxta datam vobis a Deo gratiam faciatis. Orate pro nobis.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viage literario*, t. XI, p. 235.

XX

[1256]?

Lletra de fra Ramon de Penyafort a l'arquebisbe de Tarragona sobre la mateixa qüestió a la qual es refereixen els tres documents anteriors.

Reverendissimo et charissimo in Christo patri domino Benedicto, Dei gratia Tarraconensi archiepiscopo, frater Raymundus de Pennaforti, salutem et reverentiam debitam ac devotam. Licet turbatus fuerim et miratus, quod diabolus, veritatis et fidei adversarius, suis astutiis machinatur, unde perturbet fidei negotium et confundat; ex hoc ipso laetificor, considerans quod ipsum negotium, de quo agitur, ad Dei beneplacitum pertinet, apud recte intelligentes clarius elucescit. Sane in aliis litteris, quas feria quinta in sero nuntio vestro prior et ego tradidimus, scripsi vobis aliquas rationes, propter quas consulebam quod iter vestrum continuaretis animo ad dissipationem haereticae pravitatis et ad consummationem negotii fidei, pro quo multum et pluries extitit laboratum, quas quidem rationes invenietis in literis antedictis et referet vobis lator praesentium plenius viva voce. Nunc autem superando duas vel tres causas, licet videatur forsitan supervacuum, ad cautelam: Una est, quia, sicut nostis, in canonibus est expressum, quod in certis casibus Metropolitanus potest exercere iurisdictionem suam corrigendo et reformando in subditis suffraganeorum suorum; et hic est evidenter unus de illis casibus, videlicet, negligentia suffraganei circa purgandam suam diocesim ab heretica pravitate. Quam negligentiam probant duo testes omni exceptione maiores, scilicet, fama publica et operis evidenter, quae utique sunt notoria, et ideo non expono. Si dicatur: fecit suffraganeus ille quod potuit; respondeo: non. Quia ut nec verbis audatia detur, nec exemplo praedicavit sufficienter, nec verbo; et ideo ibi, sicut in aliquibus aliis locis, secuta est multiplex corruptela. Audeo igitur consulere, quod haec sola causa sufficit, ut iure vestro ordinario procedatis nunc, corrigatis, reformatis et sententiam proferatis, et quantum decuerit et licuerit, executioni mandetis. Si autem aliquis dicat quod non fuit negligens, dico quod ad hoc potestis procedere propter quandam solemnen opinionem, que dicit, quod, licet archiepiscopus non debeat se intromittere de subditis suffraganeorum, nisi in certis casibus, si tamen fecerit, tenet processus eius, quia index ordinarius est totius provintiae. Non tamen consulo quod extendatis istam opinionem, nisi in necessitate, et pro negotio fidei, sicut in praesenti casu. Haec summatim scripsi vobis, rogans et consulens, ut in spiritu consilii et fortitudinis, omni ambiguitate seposita, procedatis, et negotium in Domino terminetis.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viage literario*, t. XI, p. 236.

XXI

Anagni, 1 juliol 1256.

Alexandre IV encomana a fra Ramon de Penyafort, capellà seu, resident a Barcelona, la reforma capitular de la Seu de Vich.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennaforti, ordinis fratrum Predicotorum, capellano nostro, Barchinone commoranti, salutem et apostolicam benedictionem. Transmissa nobis venerabilis frater noster... Vicensis episcopus petitione monstravit quod bone memorie I. Sabinensis episcopus, tunc in illis partibus apostolice Sedis legatus, Vicensis ecclesie facultatibus provida deliberatione pensatis tricenarium in ea,... priore Stagnensis excepto, canonicorum numerum ordinavit, nequaquam in posterum minuendum nec per hoc scriptis ipsius ecclesie antiquis habentibus quod in eadem ecclesia quadrigenarius esset canonicorum numerus voluit derogari. Verum felicis recordationis Innocentius papa predecessor noster, intellecto quod dictus Sabinensis episcopus huiusmodi tricenarium canonicorum numerum in ecclesia statuerat memorata quodque ad tot personarum substantiationem non suppeditabant ipsius ecclesie facultates, magistro Matheo archidiacono Terranthoni in ecclesia Ylerdensi eiusque collegis mandavit ut facultatibus ecclesie prefate pensatis canonicorum in sepedita ecclesia prout expedire viderent auctoritate apostolica statuere procurarent, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, qui videlicet archidiaconus et alter collegarum suorum, tertio excusato legitime, predictum tricenarium licet non sint diminute ipsius ecclesie facultates ad vicenarium numerum restrinxerunt, propter quod divinus cultus in eadem est ecclesia diminutus ex quo ipsa ecclesia debitis obsequiis defraudatur; super quo idem episcopus salubre a nobis petiti remedium adhiberi. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus, si est ita, per te vel alium neuter parti suspectum predictum numerum auctoritate nostra pensatis proventibus et expensis eiusdem ecclesie moderetis, contradictores per censuram eandem appellatione postposita compescendo. Quo numero moderato per te prefata ecclesia de cetero sit contenta, nisi adeo ipsius ecclesie facultates excrescent quod deberet idem numerus merito augmentari, auctoritate Sedis apostolice semper salva. Non obstante indulgentia qua tibi vel fratribus tui ordinis ab eadem Sede dicitur esse concessum quod de causis inviti congnoscere minime teneamini que vobis a Sede committuntur eadem. Datum Anagnie, kalendas iulii, Pontificatus nostri anno secundo.

(*Butlla de plom.*)

Original en pergamí a l'Arxiu de la Catedral de Vich: *Llibre de privilegis i estatuts.* I, A. 26.

XXII

20 juliol 1258.

Roger IV, comte de Foix, notifica a Abril, bisbe d'Urgell, haver-se appellat a la Cúria romana respecte l'entredit que el dit bisbe (qui refusà de sotmetre a l'arbitratge de fra Ramon de Penyafort les qüestions pendents entre ells dos) havia posat sobre la vall d'Andorra.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Nos R., Dei gratia comes Fuxi ac vicecomes Castriboni, timentes et sentientes nos gravari a vobis venerabili patre A., Dei gratia episcopo Urgellensi, pro eo quod totam vallem nostram de Andorra supposuistis ecclesiastico interdicto nec permittitis ibi divina officia celebrari, nulla nobis monitione premissa; item quia monasterio Sancti Saturnini, de quo nos sumus patroni et in possessione iuris patronatus, quod est immediate subiectum ecclesiae Romane, usurpatis vobis subjectionem, in preiudicium ecclesie Romane et nostrum, et interdixistis ecclesiam Sancte Cecilie, dicto monasterio subiectam, et occupatis de facto aliqua que pertinent ad monasterium predictum; item quia, licet nos offeramus vobis quod parati sumus vobis recognoscere et facere homagium, sicut fecimus predecessori vestro, et vos non vultis recipere set facitis nobis multas et graves combinaciones; item quia obtulimus vobis quod parati sumus, super omnibus questionibus que sunt inter nos et ecclesiam Urgellensem, stare cognitioni fratris R. de Pennaforti et duorum communium amicorum et vos non vultis recipere eorum cognitionem nec aliquorum aliorum set semper facitis nobis et nostris graves et multas combinaciones; ex hiis et ex multis aliis gravaminibus nobis a vobis illatis et combinatis, ad Sedem Apostolicam in scriptis appellamus; et nos et nostros et terram nostram sub protectione dicte Sedis ponimus et ad eam super hoc provocamus et parati sumus stare cognitioni ipsius, et apostolos instanter petimus, quos si non concederitis iterum ex hoc ad Sedem Apostolicam appellamus et innovamus et expresse confirmamus appellationem alias ex parte nostra oblatam; et, ad istam appellationem offerendam, constituimus procuratorem nostrum R. Vitalem de Podio Cerdano. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Oblata fuit ista appellatio domino episcopo, predicto, die sabbati ante festum sanctae Marie Magdalene, anno Domini MCCL octavo.

Document publicat en BAUDON DE MONY, *Relations des comtes de Foix avec la Catalogne*, vol. II, p. 33.

XXIII

[1258]?

*Lletra secreta de fra Ramon de Penyafort al rei Jaume I, el Conqueridor, tra-
messa per mitjà del jurisconsult i canonge de Barcelona Pere Albert, i re-
lativa a un afer pel qual s'havia interessat el monarca.*

Inclito et in Christo magnifico domino Iacobo, Dei gratia regi Aragonum, Maioricarum et Valentiae, comiti Barchinone et Urgelli ac domino Montispessulani, frater Raymundus de Pennaforti, in ordine fratrum Praedicatorum minimus, salutem et Spiritus Sancti consolationem. Serenitatis vestrae litteris diligenter inspectis, refero gratias, quantas scio et valeo, Patri luminum, largitori omnium gratiarum, super tribus: Primum, quia vestra celsitudo mei pauperis vestri dignatus est recordari, infirmitatibus meis compatiens et de salute reque-
riens. Secundum, quia tribulationes vestras et earum radices vestramque innocentiam mihi devoto vestre tam familiariter tamque humiliter intimasti. Tercium, quia ex ipsarum litterarum tenore patientiam vestram et circumspectam discretionem intelligens confido, quod Ille, qui scrutatur renes et corda, cuius sapientia attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, cui venti tentationum et mare tribulationum obediunt, ad cuius nutum tempestas in tranquilitatem convertitur, faciet misericorditer et disponet quod universa et singula cooperabuntur vobis in bonum: et iuxta desiderium vestrum et meum, post laborem sequetur requies, tristitia, si qua fuit, vertetur in gaudium, et iuxta mensuram dolorum erit mensura consolationum, quando Pater misericordiarum Deus absterget omnem lacrymam ab oculis sanctorum, quando recipiet unusquisque secundum suum laborem multiplicatum praemium in retributione iustorum. Utinam me faciat Deus participem illarum consolationum, quas desidero vos percepturos, cum in illa die remuneraturus est suos iustus iudex Dominus Iesus Christus. Super eo spetiali facto, de quo placuit vobis mihi scribere ali-
quid, si oportunitas se offeret, non videtur mihi quod sit necessarium per Dei gratiam, pro eo quod, sicut intellexi, a dilecto in Christo Petro Alberti, latore praesentium, devoto et fideli vestro, expeditum est negotium iuxta votum. Fui tamen, et sum, et ero semper, praestante Domino, promptus ex animo, et paratus procurare secundum possibilitatem meam et gratiam quidquid honori vestro intel-
ligerem expedire secundum Deum et nostri ordinis honestatem. Quod tamen ita simpliciter scribo vobis, non miretur vestra dulcis benignitas, sed parcat nobis et ascribat infirmitatibus meis, quae sunt, et fuerunt istis diebus longe solito graviores. Sit Ipse qui dat, per omnia benedictus. Domino regi secretum.

Document publicat en VILLANCEVA, *Viage literario*, vol. XVII, p. 305.

XXIV

Anagni, 15 juliol 1260.

Alexandre IV respon a fra Ramon de Penyafort i li concedeix autoritat delegada per a trametre al N. d'Africa missioners de l'ordre de Predicadors.

Alexander episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennaforti, Ordinis Praedicatorum, salutem et apostolicam benedictionem. Significasti nobis et Nos libenter audivimus, quod fratres Predicatores missi de mandato nostro Tunisium et alias barbaras nationes, tam in conversione infidelium, quam etiam in corroboratione fidelium, operantur fructum non modicum per gratiam Iesu Christi. Quia vero tibi a dilecto filio priore provinciale fratrum Predicatorum Hispanie commissum dicitur ut possis huiusmodi fratres mittere ad terras Saracenorum, et ad alias infidelium nationes, Nos, eius supplicationibus inclinati, presentium auctoritate concedimus ut tu et quicunque alius frater tui Ordinis, cui predictus prior super hoc commiserit vices suas, valeatis auctoritate nostra fratres ad hoc idoneos ad easdem partes mittere, ac id eis in remissionem iniungere peccatorum. Datum Anagnie idibus iulii, pontificatus nostri anno sexto.

Document publicat en RIPOLL, *Bullarium*, vol. I, p. 395.

XXV

Barcelona, 15 octubre 1260.

Fra Ramon de Penyafort figura com a testimoni en la protesta secreta de l'infant Pere contra les donacions perjudicials a ell i als reialmes atorgades pel seu pare en testament o en altra qualsevol forma.

Hoc est translatum bene et fideliter factum tercio decimo kalendas novembris anno Christi incarnacionis milesimo ducentesimo septuagesimo septimo a quadam instrumento tenor cuius talis est. Noverint universi quod nos Petrus, filius domini Iacobi Dei gracia illustris regis Aragonum, Maioricarum et Valencie, comitis Barchinone et Urgelli et domini Montispesulan, protestamur quod si dominus rex pater noster mandat vel dicit vel facit sive mandaverit, dixerit vel fecerit quod nos concedamus vel iuremus ratum et firmum habere testamentum ab eo factum et contra ipsum in aliquo non veniamus vel mandaverit, dixerit aliquo tempore vel fecerit quod nos concedamus, confirmemus vel iuremus firmum habere aliquod testamentum, donacionem seu quamlibet alienacionem quam ipse fecerit alicui vel aliquibus: quod illud testamentum vel testamenta, donaciones seu alienaciones non concedemus, confirmabimus vel iurabimus animo attendendi vel complendi vel non contraveniendi, set illas concessiones, confirmaciones et iuramenta que fecerimus, si forte contingat aliquod premissorum fieri, faciemus metu paterno, timentes, quod si denegaverimus prestare assensum votis eius, quod ipse exheredet nos in parte forte vel in toto, quantum in eo fuerit, vel forte moveatur in tantum contra nos quod faciat vel procuret vel machinetur aliquod

contra nos in nostrum et regnorum et terrarum sue dicioni subiectarum preiudicium et gravamen: et ideo hanc protestacionem duximus faciendam ne in posterum nobis vel regnis, comitatibus sive dominacionibus dicto patri nostri subiectis possit ex consensu, confirmatione seu iuramento nostro in aliquo aliquod preiudicium generari. Facta fuit ista protestatio in Barchinona, idus octobris anno Domini millesimo CC sexagesimo, presentibus testibus ad hec vocatis fratre Raimundo de Penaforte, magistro Berengario de Turri, archidiacono Barchinone, Eximino de Focibus, Guillelmo de Turrille, Stephano Egidii Tarini et Johanne Egidii Tarini, civibus Cesarauguste. — Sig~~X~~num Petri Marchesii, publici Barchinone notarii qui mandato dicti domini Petri, illustris regis Aragonum filii, hanc protestacionem scripsit, loco, die et anno quo supra. — Sig~~X~~num Berengarii de Ripollo, publici notarii Valencie testis. — Sig~~X~~num Iacobi de Castro Sarraceno, notarii publici Valencie testis. — Sig~~X~~num Ianuarii Rabacie, notarii publici Valencie testis. — Sig~~X~~num Ferrarrii Pellicerii, publici notarii Valencie testis. — Sig~~X~~num Arnaldi Astruch, notarii publici Valencie qui hoc translatum fecit fideliter translatari et cum originali de verbo ad verbum comprobavit die et anno prefixis.

Document publicat en BOFARULL, *Colección de documentos inéditos*, vol. VI, p. 155.

XXVI

Barcelona, 12 juliol 1262.

Lletra de fra Ramon de Penyafort a la priora i convent de monges del castell de San Esteban de Gormaz aconsellant-les en una qüestió delicada.

Venerabilibus et dilectis in Christo priorissa et conventui sororum Sancte Marie castri Sancti Stephani de Gormaz, frater R. de Pennaforti, salutem in Domino Ihesu Christo. Devocioni vestre duxi presentibus intimandum quod ego receptis et diligenter inspectis litteris quas dilectum in Christo frater R. de Attencia, super inquisitionem quam fecit in domo vestra auctoritate magistri ordinis et nostra et aliis que tam a prioribus quam ab aliis antiquis et discretis fratribus ordinis provinciali capitulo similiter inquisivit, michi per istum nuncium latorem presencium destinavit, compaciens vestris laboribus, periculis et expensis et ut sancte, quieti ac regularibus observanciis libere deinceps ad Dei gloriam et vestram proximorumque salutem vacare possitis; habito tam dicti fratris R. de Attencia quam priorum et fratrum predictorum consilio; consideratis et diligenter pensatis circumstanciis universis que circa hoc considerari poterant et debebant: auctoritate mihi commissa iniunxi ex parte magistri Ordinis, secundum formam et tenorem . . . venerabili patri nostro priori provinciali Hyspanie quam in monasteriis curam gerat secundum quod de aliis monasteriis sub cura Ordinis degentibus in quibus fratres non commorantur alibi geri solet. Cum igitur pius et misericors Dominus Ihesus Christus paci vestre in hoc providerit et saluti, consulo vobis licet exhabundanti ex parte magistri Ordinis nostri et mea, cui vices suas commisit, quatenus, Deo super hiis gratias referentes, taliter circa religionis observanciam conversatio vestra sancta resplendeat quod ipsi Deo cedat ad gloriam, vobis ad meritum, salutem et pacem, ordini nostre ad consolacionem et gaudium et ceteris proximis ad exemplum. Consulo insuper quod litteris quas

super facto vestro mitto priori provinciali cum aliis litteris apertis cum sigillo pendentibus quas mihi misistis consimiles litteris quas mititis magistro presentari faciatis et tradi ipsi priori provinciali, humiliter et reverenter supplicantes eidem ut vestri curam deinceps habeat propter Deum, prompta sibi obedienciam ac reverenciam offerentes. Orate pro me peccatore. Datum Barchinone IIII idus iulii, anno Domini M^o CC^o LX^o secundo.

Original en paper, conservat a l'Arxiu del convent de monges dominicanes de Caleruega (Prov. de Burgos).

XXVII

Civitavecchia, 20 febrer 1263

Urbà IV mana a fra Ramon de Penyafort, capellà i penitencier seu, que aconselli eficaçment a Alvar, comte d'Urgell, i, si calgués, l'amonesti sota pena d'excomunió, perquè com a bon marit rebi per muller a Constança, néta del rei Jaume I, amb la qual havia contret matrimoni "in facie Ecclesiae".

Urbanus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri episcopo Barchinone et reverendo filio fratri Raymundo de Pennaforti, ordinis Predicatorum capellano et penitentiario nostro salutem et apostolicam benedictionem. Ad nostram noveritis audientiam pervenisse quod licet nobilis vir Alvarus, comes Urgelensis, iam dudum cum dilecta in Christo filia nobili muliere Constantia, nepti charissimi in Christo filii nostri Aragonensis regis illustris, in Ecclesie facie matrimonium per verba de presenti duxerit legitime contrahendum, idem tamen comes eam postmodum traducere denegans, minus iuste nobilem mulierem Ceciliam, sororem dilecti filii nobilis viri comitis Fuxensis, de facto, cum de iure non posset, super inducere presumsit uxorem: verum cum predicta Constantia coram venerabili fratre nostro Urgensi episcopo ius suum super hoc non posset prosequi, pro eo videlicet quod ad ipsum accessus haberi non poterat nisi per districtum Alvari comitis memorati, prefata nobili super hoc benignitatem apostolicam implorante felicis recordationis Alexander papa predecessor noster dedit sub certa forma venerabili fratri nostri Oscensi episcopo per litteras apostolicas in mandatis ut, si esset ita, prefatum Alvarum comitem quod huiusmodi super inducta dimissa, eandem Constantiam traduceret ac maritali affectione tractaret, per excommunicationis in personam et terram ipsius comitis interdicti sententias apellatione remota ratione previa coerceret. Postmodum vero idem Oscensis episcopus, cognitis huiusmodi cause meritis et iuris ordine observato, difinitivam pro predicta Constantia sententiam proferens ac sibi prefatum Alvarum comitem in virum adiudicans, nihilominus comiti mandavit eidem ut, prefata super inducta dimissa, eandem Constantiam, ut tenetur, traduceret et maritali affectione tractaret: et licet idem comes super hoc ab eodem Oscensi episcopo ad sedem apostolicam duxerit apellantum, apellationem tamen suam cum potuerit elapsis septem mensibus et amplius non curans prossequei ac super inducatam ipsam damnabiliter detinens, predictam Constantiam ducere denegat pro sue inconsulte arbitrio voluntatis. Porro sicut dolentes audivimus inter consanguineos eiusdem Constantie ex una parte ac memoratum comitem ex altera olim propter hoc adeo graves inimicitie fuerunt exorte, quod, instigante inimico humani generis, nonnulla ho-

micidia ac etiam incendia plurium locorum habitabilium exinde sunt secuta. Nos itaque, prout ex iniuncte novis servitutis officio teneri dignoscimur et animarum obviare periculis ac eisdem inimicitii finem imponere necnon periculo et querarum discrimini que inter personas tam potentes et nobiles huiusmodi occasione invalescere possent viam percludere cupientes, discretioni vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatentis predictum Alvarum comitem Urgelensem monitis efficibus inducatis ut, sue saluti consulens, in hac parte sepedictam Constantiam, prefata super inducta prius omnino dimissa, traducere ac maritali studeat affectione tractare: quod si forte ipse monitis vestris acquiescere in hac parte noluerit, vos, vocatis qui fuerint evocandi de supradicta sententia per supradictum Oscensem episcopum promulgata legitime cognoscentes, quod canonicum fuerit appellatione postposita statuatis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari; non obstante aliqua indulgentia tibi, fili Raymunde, aut ordini tuo ab apostolica sede concessa quod te de causis intromittere non tenearis invitus per ipsius sedis litteras non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi mentionem. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Data apud Urbem Veterem X kalendas martii pontificatus nostri anno secundo.

Document publicat en MONFAR, *Historia de los condes de Urgel*, t. I, p. 545.

XXVIII

Barcelona, 29 agost 1263.

Jaume I mana als jueus que dintre un terme de tres mesos eliminin dels seus llibres qualsevulla blasfèmies contra Nostre Senyor Jesucrist i la Verge Maria, adaptant-se als consells de fra Ramon de Penyafort i de fra Arnau Segarra, de l'ordre de Predicadors.

[Nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani.]

Quoniam Dominum nostrum Ihesum Christum et fidem eius per quam salvari credimus et speramus cum omni diligentia honorare debemus et contra omnes adversarios pro viribus defensare, statuimus et districte precipiendo mandamus universis iudeis in toto districtu nostro ubique commorantibus quod quascumque blasfemias contra ipsum Dominum nostrum Ihesum Christum et Matrem suam beatam Mariam virginem gloriosam in libris vestris vel quibuscumque scriptis inveneritis per vos ipsos vel qui vobis significati fuerint vel hostensi per fratrem Paulum Christiani, ordinis fratrum predicatorum, viva voce vel litteris, cum consilio fratris Raymundi de Pennaforti et fratris A. Segarra eiusdem ordinis, scindatis omnino de libris vestris infra spaciun trium mensium postquam per vos ipsos... inveneritis vel postquam vobis denunciatum fuerit per dictum fratrem Paulum de consilio predictorum fratrum, et nunquam ipsas blasphemias in illis locis vel alii in perpetuo reponatis. Alioquin si hoc, ut dictum est, non feceritis, propter blasphemiarum enormitatem ac detestacionem et propter mandati nostri transgressionem, quicumque in hoc culpabilis inventus fuerit ex vigore istius statuti atque mandati nostri punietur M morabetinorum, et libri

predictas blasfemias continent, absque cuiuslibet excusacionis remedio, publice comburentur. Eadem insuper districcione precipimus nostris baiulis universis ut predictum mandatum nostrum faciant diligenter execucioni mandari et etiam faciant XX vel XXX iudeos de maioribus et discrecoribus in qualibet aliam sive comunitate iudeorum in animabus suis et aliorum iudeorum de predicta comunitate iurare quod universa predicta fideliter in se adimplent et procurent ab aliis adimpleri; ita quod predictas blasfemias ut supradictum est de libris suis scindant et ulterius non reponant. Hoc autem faciant baiuli antedicti, si de nostra confidunt gratia vel amore. Datum Barchinone, IIII kalendas septembbris, anno Domini M° CC° LX° tercio.

Document transcrit en el Registre 12, fol. III v.^o, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

XXIX

Ejea, 27 març 1264

Jaume I, aclarant el decret anterior, manifesta que la indicació de les blasfémies que hagin d'ésser eliminades dels llibres dels jueus feta pel convers fra Pau Cristià o per algú altre podrà ésser impugnada per aquells dintre el terme d'un mes des que hagués estat formulada concretament i davant d'un tribunal compost pel bisbe de Barcelona, fra Ramon de Penyafort, fra Arnau de Segarra, fra Ramon Martí i fra Pere de Gènova, als quals correspondrà la decisió definitiva.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, Dei gratia etc., mandaverimus vobis universis et singulis iudeis in dominio et districtu nostro comorantibus quod omnes blasphemias Domini nostri Ihesu Christi et beate Marie Matris eius que in vestris libris, ut nobis dictum est, continentur dampnaretis et levaretis de ipsis libris ex quo ipsas inveniretis per vos ipsos vel vobis significate essent vel hostense per fratrem Paulum Christiani, ordinis fratrū predicatorum, viva voce vel litteris infra spacium trium mensium et quod alias ille qui istius mandati et statuti nostri culpa inventus esset ex vigore mandati puniretur penam mille morabetinorum et libri predictas blasphemias continent, absque cuiuslibet excusacionis remedio publice comburerentur. Modo vero quia aliqui ex vobis ut intelleximus dubitant super dicta pena milie morabetinorum ne per vos ipsos de dictis libris levare aliquid haberetis, recognoscimus ac etiam declaramus quod non teneamini aliquid de ipsis libris levare nec dampnare nec penam predictam incurritis donec per fratrem Paulum vel per alium sint vobis ostensa capitula dictarum blasfemiarum, sic quod cum vobis ostensa fuerint, si ea excusare potestis non fore blasphemias nostri Domini Ihesu Christi et beate Marie virginis, Matris eius, ad cognitionem et iudicium super hoc assignatorum a nobis videlicet venerabilium episcopi Barchinone, fratris Raymundi de Pennafonti, fratris A. de Segarra, fratris R. Martini et fratris P. de Genioa, non teneamini dampnare aliquid vel levare de eisdem, sed cum per dictum fratrem Paulum vel per alium vobis ostensa fuerint et postea spacium habueritis unius mensis respondendi; et facta responsione per vos infra dictum mensem, nisi dictus frater Paulus vel alius qui predicta vobis ostendet ipsam vobis impediret condemnati fueritis per omnes dictos iudices, ipsa de dictis libris infra dictos tres menses levare absque

remedio teneamini, et quod iuretis viginti vel triginta de maioribus et discretioribus vestrum in qualibet aliam sive comunitate super lege Moysi in animabus vestris et aliorum iudeorum de predicta comunitate quod predictas blasphemias radetis et de cetero non reponatis. Quod qui contra fecerit penam predictam dictorum mille morabetinorum se noverit sine remedio incursum. Datum Exee, VI kalendas aprilis, anno Domini M° CC° LX° quarto.

Document transcrit en el Registre 13, fol. 1, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

XXX

Barcelona, 12 abril 1265.

Jaume I, examinada l'acusació de fra Ramon de Penyafort, fra Arnau Segarra i fra Pau Cristià contra Bonastruc de Porta, el declara eximí de respondre a ningú més que a ell del que hagués dit en la disputació que sostingué amb fra Pau Cristià a presència del mateix monarca i amb oportuna llicència, i així mateix del llibre que havia escrit a precs del bisbe de Girona.

Noverint universi quod cum nos Iacobus, etc., fecerimus venire apud Barchinonam Bonastrugum de Porta, magistrum iudeum de Gerunda, ratione accusationis quam prior fratrum predicatorum Barchinone, frater R. de Pennaforti et frater A. de Segarra et frater Paulus eiusdem ordinis de ipso nobis fecerant, qui asserebant quod in Domini nostri vituperium et tocius fidei catholice dixerat quedam verba et etiam de eisdem librum fecerat de quo transcriptum dederat episcopo Gerunde: idem Bonastrugus, in nostra presentia constitutus, presentibus venerabili episcopo Barchinone Berengario A. de Angularia, magistro Berengario de Turri, archidiacono Barchinone, magistro B. de Olerda, sacrista Barchinone, B. Vitale, Ferrer de Minorisa et Berengario de Vico, iurisperitis et pluribus aliis sic respondit: quod predicta verba dixerat in disputacione que fuit inter ipsum et fratrem Paulum predictum et in nostro palacio Barchinone in principio cuius disputationes fuit a nobis sibi data licencia dicendi omnia quecumque vellet in ipsa disputacione: quare, ratione licentie a nobis et fratre R. de Pennaforti predicto sibi data in dicta disputatione de predictis non tenebatur in aliquo, maxime cum predictum librum quem tradidit dicto episcopo Gerunde scripsisset ad preces ipsius: super quibus nos Iacobus, Dei gratia rex predictus, nostrum habuimus consilium cum episcopo Barchinone et aliis supradictis qualiter in facto dicti iudei procedere deberemus. Habito tamen consilio cum eisdem, cum nobis certum sit dictam licenciam a nobis et fratre R. de Pennaforti sibi tunc temporis fore datam volebamus ipsum iudeum per sententiam exulare de terra nostra per duos annos et facere comburi libris qui scripti erant de verbis supradictis: quam quidem sententiam dicti fratres predicatores admitere nullomodo voluerunt. Quapropter nos Iacobus Dei gratia rex predictus concedimus tibi dicto Bonastrugo de Porta, magistro iudeo, quod de premissis vel aliquo premissorum in posse alicuius persone non... [te]nearis tempore aliquo respondere nisi tantum in posse nostro et presentia. Datum Barchinone II idus aprilis anno Domini MCCLX quinto.

Document publicat en VILLANUEVA, *Viaje literario*, vol. XIII, p. 336.

XXXI

Barcelona, 24 març 1266 (?)

Lietra de fra Ramon de Penyafort a Climent IV demanant-li que per sentència papal vulgui resoldre en termes definitius la qüestió embolicada del matrimoni del comte d'Urgell, causa d'escàndols i de dissensions.

Sanctissimo et in Christo patri reverendissimo domino Clementi, divina providentia sacrosancte romane Ecclesie summo pontifici, frater Raimundus de Penyaforti terram coram beatissimis pedibus osculari. Reverende Paternitati vestre duxi humiliiter in Domino intimandum quod bone memorie dominus Urbanus, predecessor vester, causam matrimonialem que vertebatur inter comitem Urge llensem ex una parte et filiam nobilis Petri de Montecateno ex altera venerabili patri episcopo Barchinonensi et mihi terminandam sub certa forma comisit: et quoniam ego propter infirmitates meas multiplices et nimiam debilitatem corporis prosecutioni cause non poteram personaliter interesse causa hujusmodi rationabili ac sufficienti ac nota omnibus in presentia partium assignata renunciavi simpliciter ut exinde dictus episcopus procederet sine me prout secundum formam rescripti de iure poterat et debebat: qui cum aliquando tempore processisset, occasione facti frontarie contra sarracenos Hispanie impeditus causam ipsam subdelegavit priori Sancte Eulaie de Campo, ordinis sancti Augustini in suburbio Barchinone, qui prior de concilio sapientum et virorum Deum timentium causam ipsam sententialiter terminavit, quantum intelligere valeo et humana fragilitas nosce sinist rationabiliter et discrete, iuxta canonicas sanctiones. Hinc est quod ego, ad excusandam innocentiam meam super hoc quod propter causam urgentem et necessariam superius assignatam renunciavi prosecutioni cause predice et ut aliqua de periculis imminentibus vobis tangam presentes litteras per dilectum in Christo G. de Montalbá, latorem presentium, mittere destinavi. Supplico igitur Sanctitati vestre, Pater, coram vestris sanctis pedibus provolutus, quatenus guerras, strages hominum, scandala gravia et pericula animarum que iam ex hoc sunt secuta, sicut ad vestram credimus notitiam pervenisse, et alia que imminent in posterum graviora nisi celeriter subveniatur, misericorditer intendas diligenter pensatis processibus et circumstantis attenter habitis et conscriptis, que omnia fideliter per ipsum presentium portitorem ad vestram presentiam transmittuntur finem optatum pariter et sententiam predicto negocio imponatis: nam, sicut mihi videtur, utraque pars hoc desiderat et expectat, et insuper fama communiter predicit et credo firmiter verum esse quod nunquam nisi per Sedem apostolicam sepe fata causa potuit terminari, alioquin si huiusmodi determinatio, quod Deus avertat, per providentiam vestram non fiat vel etiam differatur in longum, timeo verisimiliter quod, cum ex utraque parte sint multum nobiles et potentes, tantum agravabitur indignatio et pericula tam gravia subsequentur quod vix temporibus nostris poterit negotium deduci ad pacem. Dominus Iesus Christus dirigat vos et omnes actus vestros tam in iis quam in aliis in beneplacito suo semper ita quod per vestram piam et sanctam sollicitudinem fides sancta catholica exaltetur et pax Dei que exsuperat omne censem undique procuretur. Data Barchinone quarta feria ante Paschas.

Document publicat en MONFAR, *Historia de los condes de Urgel*, vol. I, p. 554.

XXXII

31 juliol 1260.

Fra Ramon de Penyafort figura entre els testimonis d'un acte per virtut del qual l'infant Pere exceptua el seu germà Jaume de la protesta que havia formulat contra les donacions de llur pare perjudicials als seus drets i a l'interès dels reialmes i confirma l'atribució al dit germà seu de les illes Balears, dels comtats de Rosselló i Cerdanya i de la senyoria de Montpeller.

Noverint universi quod nos infans Petrus, illustris regis Aragonum filius, profitemur et recognoscimus vobis infanti Iacobo, fratri nostro, quod illustrissimus dominus Iacobus, Dei gracia, rex Aragonum, pater noster, tempore quo fecit de terra sua divisionem inter nos, dedit et divisit vobis predicto Iacobo, fratri nostro, totum regnum Maioricarum et Minoricarum integre, et totum id quod in Eivissa habebat habiturusve esset, et Montempesulanum, cum castris et pertinenciis et iuribus et dominacionibus ad ipsum pertinentibus, et comitatum Rossilionis, et Caucumliberum, et totum Confluentem, et comitatum Ceritanie, cum iuribus et pertinenciis et dominacionibus eorumdem, et dominium Vallispirii cum valle de Pratis, que est de comitatu Ceritanie, prout hec plenius in instrumento dicte donacionis continentur; quam quidem donacionem nos laudavimus et approbabimus et confirmavimus, et contra predicta vel aliquid predictorum non venire, tactis a nobis corporaliter sacrosanctis quatuor Evvangeliiis, vobis promisimus. Verum, quia ante donacionem predictam, propter multas donaciones, assignaciones et contractus quos dictus pater noster cotidie faciebat, que interdum ad magnum cedebant nostrum incomodum et gravamen, in quibus nos laudare et consentire eidem opportebat propter timorem et metum eiusdem, ne eius odium et ingratitudinem incurreremus, quamdam fecimus protestacionem iuramento vallatam quod aliquem contractum donacionis, assignacionis vel alium quemlibet, quem de cetero cum dicto patre nostro faceremus, approbaremus sive consentiremus eidem, nunquam ratum habebimus nec servabimus ullo modo; licet in donacione predicta, quam vobis, predicto fratri nostro, dictus pater noster fecit non intellexerimus hanc protestacionem vobis posse obesse in aliquo; adhuc tamen in presenti, ad maiorem cautelam et firmitatem vestram, cum hoc presenti instrumento imperpetuum valituro predictam donacionem omnium predictorum, prout plenius et laciis in instrumento dicte donacionis continetur, ex certa scientia certificati de protestacione predicta, recedentes penitus ab ea, donacionem predictam, vobis factam a dicto patre nostro, laudamus et approbamus et confirmamus, innovantes omnia et singula in instrumento dicte donacionis contenta; dantes insuper gratis inter vivos, si quid iuris in predictis omnibus et singulis vobis a dicto patre nostro datis nobis competit vel in futurum competere posset ullo modo. Et quod contra predicta non veniamus vel venire aliquem permittamus bona fide et per stipulacionem vobis promittimus. Actum est hoc pridie kalendas augsti, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

Signum infantis Petri, illustris regis Aragonum filii, qui hec laudamus et firmamus. Testes huius rei sunt frater Raymundus de Pennaforti, de ordine Predicatorum, et Guillelmus Karles. &c.

Document publicat en LECOY DE LA MARCHE, *Les relations politiques de la France avec le royaume de Majorque*, vol. I, p. 429.

XXXIII

Barcelona, 19 abril 1268.

Composicio d'un litigi entre el bisbe i capitol de la Seu d'Urgell i l'abat i comunitat de Sant Miquel de Cuixà, convinguda amigablement davant de fru Ramon de Penyafort i d'altres.

Cum inter dominum Aprilem, Dei gracia, episcopum Urgellensem, et capitulum eiusdem, ex una parte, agentem, et dominum fratrem Iauzbertum, per eandem abbatem sancti Michaelis de Coxano et conventum eiusdem, ex altera, defendantem, super ecclesia sancte Marie de Podio-cerdano et de Aragolisa, et de Bolvir, de Saga, de Taltorta, de Tartera, et de Rubio, et quibusdam aliis in Urgellensis dioecesis constitutis; et super decimis, primiciis et oblacionibus et iuribus episcopalibus in loco sancti Bartholomei, sito in villa Podiiceritani, et quibusdam aliis, in curia romana fuissent questiones diucius ventilate, factaque in eisdem fuit litis contestacio et posiciones facte hinc inde et ab eodem summo Pontifice, de consensu parcium, ad recipiendum testes, abbas sancti Genesii, Elnensis dioecesis, et Iohannes Dominicus, canonicus Urgellensis, et frater Berengarius Burdi, de ordine fratrum Predicotorum, dati fuissent iudices, prout in litteris apostolicis et domini episcopi Hostiensis et Velletranensis, auditoris ipsarum causarum, plene dinoscitur contineri, ante harum litterarum presentacionem dictus dominus frater Iauzberthus, abbas loci premisi, viam fuit universe carnis ingressus, ac per canonicam eleccionem et confirmacionem subrogatus eidem dominus frater Berengarius de Pugalto et conventus ipsius, qui per litteram dicti fratris Berengarii Burdi, ad petitionem dicti venerabilis patris domini Aprilis, Urgellensis episcopi, citati, idem dominus frater Berengarius abbas coram dicto fratre et Iohanne Dominici, tertio coniudice non comparente, predicto pro se et suo conventu comparuit apud Podium-ceritanum, dicto domino episcopo pro se et suo capitulo personaliter comparente. Cumque inter partes fuissent diversimode per dictum fratrem Berengarium et alium fratrem socium eiusdem, de compositione tractatum, nec super hiis possent partes ad concordiam revocari, tandem inter eos dominum episcopum et abbatem fuit communiter et concorditer ordinatum ut coram fratre R. de Penaforti et dicto fratre Berengario Burdi, et aliis ad hec ydoneis, apud Barchinonam venirent, et iidem inter partes de amicibili compositione tractarent, ubi in domo fratrum Predicotorum eisdem domino episcopo, pro se et capitulo eiusdem, et domino dicto fratre Berengario, pro se et suo conventu, coram dictis fratribus et fratre Bernardo de Bacho, personaliter constitutis, uterque ipsorum dominorum episcopus et abbas, litteras sigillatas sigillo sui capituli Urgellensis et sigillo sui conventus sancti Michaelis de Coxano obtulerunt, quarum forma talis est: Notum sit omnibus quod Nos Benedictus, prior, et capitulum Urgellense, damus et concedimus voluntarium consensum et liberam potestatem dilecto nostro Iohanne Dominici, concanonico nostro, transigendi, componendi, et amicabiliter tractandi, una cum venerabili patre domino Aprili, Dei gracia, episcopo nostro, cum religiosis ac venerabilibus dominis abbate et conventu Coxanensis, ordinis sancti Benedicti Elnensis dioecesis, super omnibus querelis, controversiis et demandis, tam de rebus spiritualibus quam temporalibus, que inter predictum dominum episcopum, nomine suo et ecclesie Urgellensi, ex una parte, et predictos abbatem et conven-

tum, ex altera, movetur, seu mote sunt, tam in romana curia quam alibi; et ipsum Iohannem Dominici ad hoc procuratorem nostrum constituumus specialem, ut hiis vice nostra possit assensum prestare. Promitentes nos ratum et firmum perpetuo habiturus quicquid super premissis per eundem Iohannem Dominici una cum predicto domino episcopo, cum predictis abbatte et conventu compositum, transactum et amicabiliter tractatum fuerit seu eciam ordinatum. Et ut hec in dubium venire non possint presentem cartam consensus et potestatis, sigillo nostro munimine, et per manum Petri de Bellopodio, notarii publici ville Sedis, confectam, eidem canonico nostro ex certa scientia duximus concedendam. Actum est hoc V^o idus Aprilis, anno Christi M^o CCLXVIII^o. Ego Petrus de Bellopodio, notarius publicus ville Sedis, hiis interfui et rogatus scripsi et meum signum apposui, die et anno prefixis. Et aliam litteram: Noverint universi quod nos fratres P. Prior, et Petrus de Arriacho, prepositus de Fulollis, et Petrus de Ardena, helemosinarius, et R. de Mollono, prepositus de Tarasco, et Bn. Prepositi, prepositus Ceritanie, et totus conventus monasterii sancti Michaelis de Coxano, damus et concedimus auctoritatem et potestatem vobis reverendo in Christo patre ac domino fratri Beringario, Dei gracia, abbe eiusdem monasterii, quod in causa sive causis que vertuntur inter venerabilem dominum A., divina miseratione episcopum et capitulum Urgellensem, ex una parte, et nos et nostrum monasterium, ex altera, coram iudicibus seu auditoribus a Summo Pontifice deputatis, super ecclesiis, decimis et primiciis, et aliis iuribus omnibus que dictus episcopus et capitulum Urgellense petebant et petunt a nobis et nostro monasterio et loco sive capella beati Bartholomei de Podiocerdano, possitis transigere, componere, et pacisci nomine nostro et nostri monasterii, promitentes nos ratum et firmum perpetuo habituros quicquid per vos dictum dominum abbatem nostrum in predictis transigendo, componendo vel paciendo actum fuerit seu eciam ordinatum. Et ut hec predicta maiori gaudeant firmitate presenti pagine sigillum nostrum duximus apponendum. Actum est hoc apud monasterium sancti Michaelis de Coxano, V^o idus Aprilis, anno Domini M^o CC^o LX^o octavo, in presencia et testimonio R. de Avelaneto, Arnaldus Gasch et Petrus de Turt, testium. De consensu itaque ambarum parciū et Iohannis Dominici, procuratoris predicti capituli Urgellensis, habitis diversimode collacione, consilio et tractatu super omnibus supra dictis dixerunt et ordinaverunt dicti fratres amicabiliter componendo: Quod dominus abbas sancti Michaelis de Coxano et omnes successores sti in perpetuum in ecclesiis sancte Marie de Podiocerdano, de Aragolisa, de Bolvir, de Saga, de Tartera et de Robio, et omnibus aliis quas usque ad hec tempora habuit, tenuit et possedit in tota dioecesi Urgellensi idem abbas et monasterium vel suum locumtenentes presentent infra sex menses, a tempore scienzie cum vaccaverint, personas ydoneas, inspectis facultatibus illarum ecclesiarum et condicionibus personarum illorum locorum vel vicinorum illius terre domino episcopo Urgellensi et successoribus suis vel eorum locumtenentibus ad regimen earundem. Quas personas presentatas si sic ydonee fuerint teneatur recipere dominus episcopus in perpetuum et sui successores. Verumtamen, si ex causa evidenti et rationabili, presentati ab abbatte vel eius locumtenente fuerint repulsi vel etiam non admissi, possit abbas vel eius locumtenentes iterum et iterum et quociens voluerit semestri tempore durante personas, ut predictitur, presentare domino episcopo vel eius locumtenenti ad regimen ipsarum ecclesiarum. Quas si tales fuerint, ut predictitur, idem dominus episcopus vel suum locumtenentes in ipsis ecclesiis recipere teneatur et eis curam comitere animarum. Si vero infra semestre tempus, ut predictitur, sit persona ydonea per ipsum abbatem vel

eius locumtenentem ipsi domino episcopo vel eius locumtenente non fuerit presentata, dummodo impedimento legitimo non fuerint impediti, ex tunc dominus episcopus vel eius locumtenens sine contradiccione abbatis vel eius locumtenentis possit de persona ydonea, sicut predicitur, vaccanti ecclesie providere, in quo casti per ipsum dominum episcopum vel locum illius tenentem in eadem ecclesia institutus, infra quindecim dies obedienciam et iuramentum fidelitatis domino abbati vel eius locumtenenti facere teneatur pro solvendo suis iuribus tam in temporalibus quam spiritualibus et eciam conservandis, sicut de hiis inferius exprimetur, antequam possessionem ecclesie adhipiscatur. In omnibus autem predictis ecclesiis et singulis ac omnibus rectoribus earundem et beneficium habentibus in eisdem sine qualibet contradiccione domini episcopi Urgellensis et successorum suorum ac eorumdem locumtenentem habeat dominus abbas et successores sui in perpetuum visitacionem, procuracionem, correccionem, reformacionem, suspensionem et eciam amacionem, si necesse fuerit. Cui abbati et successoribus suis, aut eius locumtenenti, teneantur omnes clerici omnium predictarum ecclesiarum facere obedienciam manualem et prestare iuramentum fidelitatis pro suis et sui monasterii iuribus tam temporalibus quam spiritualibus solvendis ac conservandis. Pro hiis omnibus iuribus solvendis et conservandis possit cum expedierit abbas vel suum locumtenens suspendere et excommunicare et sub examine suo in causam trahere tam clericos quam laicos et interdicere omnes ecclesias supradictas. Quas omnes sentencias excommunicationis, suspensionis et interdicti pro reformacione, correccione et amonicione, ac suorum iurium seu redditum solucione ex conservatione observet et faciat a suis subditis observari dominus episcopus et eius locumtenens et canonici Urgellenses, et clerici et laici ipsas teneant et observent quousque per ipsum dominum abbatem vel eius locumtenentem fuerint relaxate. Si autem ab ipso abbatе vel eius locumtenente a quoquam (*sic*) clericorum predictarum ecclesiarum super aliquo premissorum fuerit appellatum non ad dominum episcopum sed ad summum Pontificem appetetur. Si autem ab aliqua predictarum ecclesiarum quisquam per abbatem perpetuo fuerit amotus, presentatum postmodum vel ab abbatе vel eius locumtenente, dominus episcopus vel eius locumtenens ad regimen ipsius ecclesie recipere teneatur, secundum modum superius comprehensum. Omnes siquidem decimas quas in omnibus premisis parrochiis et singulis et omnibus aliis locis tocius ecclesie Urgellensis possedit idem abbas et monasterium Coxanense vel aliquis pro ipso tenet in feudum et tenuit usque ad hec tempora cum titulo, et omnes primicias, oblaciones et obvenciones, ac omnia alia iura tam temporalia quam spiritualia, prout predicitur, idem abbas vel monasterium percipit, habuit et possedit usque ad hec tempora in tota diocesi Urgellensi, habeat ex tunc idem abbas et monasterium et percipiat in perpetuum sine contradiccione domini episcopi Urgellensis et successorum omnium suorum et tocius ecclesie Urgellensis. Item abbas et successores sui possint compellere heredes illorum qui erexerunt aliqua altaria in aliqua illarum ecclesiarum vel ordinaverunt ibidem perpetuum servicium fieri per aliquem sacerdotem, si ad hec faciendi successores eorumdem inveniantur negligentes, et si circa hec abbas inventus fuerit negligens denuncietur eidem per litteras domini episcopi vel suum locumtenenti et ex tunc sicut in aliis capitulis superius dictum est, idem dominus episcopus vel suum locumtenens in hec libere sua iurisdiccione vertatur. In omnibus autem ecclesiis memoratis et singulis dominus episcopus Urgellensis et suum locumtenens habeat visitacionem et moderatam procuracionem secundum facultates earundem, et in eisdem conferat omnia ecclesiastica sacramenta. Et si tunc

visitando vel alias veritatem sciendo in eisdem vel aliqua earumdem invenerit aliquos clericos in eisdem ecclesiis constitutos dignos correccione, reformacione, suspensione vel etiam perpetua amocione, hoc denunciet per suas litteras ipsi abbatii vel suum locumtenenti, ut tales corrigat, reformet vel suspendat aut amoveat. Et si idem abbas vel suum locumtenens in huiusmodi vel consimilibus inventus fuerit negligens vel remissus, ex tunc idem dominus episcopus vel locum suum tenens circa hec libere sua iurisdiccione utatur, sine contradictione abbatis et monasterii Coxanensis et suum locumtenentis. Omnim autem predictarum ecclesiarum et singularium, clerici universi recipient omnes ordines a domino episcopo Urgellensi et successoribus suis et prestant sibi canonicam obedientiam et debitam reverenciam; et ad sinodum Urgellensem veniant, sed pro cathedralico nihil solvant; crisma, oleum sanctum, consecraciones ecclesiarum et altarium ac reconciliaciones earumdem ab eodem episcopo et suis successoribus recipient. Et servent omnes suas sentencias et salubria ipsius monita et mandata et sui locum tenencium, salva semper fidelitate et iuribus monasterii supradicti. Et in omnibus premissis ecclesiis et singulis parrochiis et parrochianis illarum cognoscat episcopus Urgellensis vel illius locumtenens de causis matrimonialibus, usurariis, de sacrilegiis, simoniis, et de hereticis questionibus et aliis spiritualibus quibuscumque et penas iniungat pro oppressionibus puerorum, salvis omnibus que supra sunt abbatii et monasterio reservata. Et insuper si rectores dictarum ecclesiarum vel beneficium habentes in eisdem iniuriati fuerint abbatii vel monachis vel illis qui cum eisdem morantur vel in posterum morabuntur, tunc iniuriantes eisdem teneantur in curia dicti abbatis et posse litigare et respondere de illis. De omnibus vero aliis questionibus quas moverint clerici contra clericos, vel e converso, quarum cognitio alias ad episcopum vel eius locumtenentem noscitur pertinere, cognoscat episcopus vel eius locumtenens. Et si forte rectores dictarum ecclesiarum vel beneficiati in eisdem domino episcopo et canonici suis vel eius locumtenenti aut familie sue aliquam iniuriam intulerint, teneantur sub examine dicti domini episcopi respondere sicut superius dictum est de abate. Omnes sentencias excommunicationis, suspensionis et interdicti quas pro predictis aut aliis causis quibuslibet in clericos, laicos aut ecclesias, idem dominus episcopus vel sui successores aut eorum locumtenentes duxerint promulgandas, generaliter, singulariter vel particulariter, idem abbas et successores sui monachi, clerici et laici omnium predicatorum ecclesiarum et parochiarum villis aut villarum teneant irrefragabiliter et obseruent, et faciant ab aliis inviolabiliter observari quoisque per dominum episcopum vel eius locumtenentem fuerint ille sentencie, relaxate. Locus autem beati Bartholomei, qui est in villa Podii-ceritani, sine contradictione ipsius monasterii Coxanensis remaneat apud dominum episcopum Urgellensem, solidus et proprius, ubi faciat, si voluerit, oratorium vel capellam, in qua cum ibi fuerit faciat divina officia celebrari. Et quicquid offeratur ibidem ab hominibus eiusdem ville in denariis, pane, vino et candelis totum restituatur ecclesie et rectori de Podio-ceritano, exceptis ornamentis ecclesie si qua eidem dabuntur, et exceptis oblacionibus omnibus et luminariis que in vigilia et festivitate sancti Bartholomei offerentur in eadem ecclesia a parrochianis ecclesie de Podio-cerdano, nec audiant divina ibidem nisi in presencia domini episcopi. In illo vero oratorio vel capella hominibus de villa Podii-ceritani non ministrentur aliqua sacramenta per clericum vel clericos qui in illo personaliter deservirent, nec ad dictum locum beati Bartholomei vel ad aliquem alium in tota villa Podii-ceritani ullo tempore aliqua parochialis ecclesia transferatur per dominum episcopum Urgellensem. Ornamenta vero et utensilia

et campana et alia que extracta fuerint de oratorio vel capella sancti Bartholomei restituantur integre domino episcopo Urgellensi. Et dominus Urgellensis episcopus remittat omnibus hominibus Podii-ceritani, clericis et laicis, omnes iniurias quas sibi et suis intulerunt usque ad hec tempora. Et absolvat eos ab omnibus sententiis excommunicationis et aliis quas hactenus occasione huiusmodi contencionis incurserunt, vel in eos late fuerunt. Et abbas et homines Podiiceritani similiter omnibus qui eidem episcopo et ecclesie Urgellensi adheserunt et eius sentencias servaverunt remittant iniuriam et rancorem. Et dictus dominus episcopus pro se et capitulo suo; et dictus Iohannes Dominici, procurator eiusdem capituli; et dictus dominus abbas Coxanensis pro se et conventu suo, laudaverunt et approbaverunt expresse omnia et singula que superius sunt expressa, et per se et omnes successores suos promisserunt et obligaverunt se et omnia dicte ecclesie Urgellensi et sancti Michaelis de Coxano servare in perpetuum et in nullo contravenire omnia premissa et singula superius comprehensa. Renunciantes pro se et dicta ecclesia Urgellensi et dicto monasterio omni iuri canonico et civili et omni alii cuiuslibet iuris auxilio quibus contra premissa ipsi vel successores sui vel aliquo predictorum possent in aliquo relevari. Quam compositionem et ipsius instrumenta compositionis, idem episcopus et capitulum Urgellense, et idem abbas et conventus eiusdem appositione sigillorum suorum munierunt ut eidem fidem plenior habeantur. Actum est hoc in domo fratrum Predicotorum Barchinone XIII^o kalendas Madii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo. Nos Aprilis, Dei gratia, Urgellensis episcopus, S. S. Ego Benedictus, Prior Urgellensis, subscribo. Ego G. de Iovere, archidiaconus de Ger, subscribo. Ego Iacobus Iohannis, archidiaconus de Oerch in ecclesia Urgellensi, laudo et firmo. Ego Br. Guinardi, archidiaconus de Arrestot in ecclesia Urgellensi, approbo et subscribo. Ego P. de Urgio, Archidiaconus de Pratis, subscribo. Ego Bn. de Barbarano, abbas Urgellensis, subscribo. Ego Martinus Petri, precentor Urgellensis, subscribo. Ego P. de Soriguera, canonicus Urgellensis, subscribo. Ego G. de Sariguera, Urgellensis canonici. Sigillum Bn. Fulllos, canonicus Urgellensis. Ego Iohannes Dominici, canonicus et procurator sindicus, subscribo. Ego G. de Cervaria, canonicus, subscribo. Ego Bartholomeus Iohannis, canonicus Urgellensis, subscribo. Ego Laurencius Iohannis, canonicus Urgellensis, subscribo. Sigillum Petri Andree, decani de Valdelont, Urgellensis canonicus. Ego Petrus Draperii, capellanus sancti Odonis, subscribo.

Sigillum Bonanati, canonicus Urgellensis. Ego Raymundus Bertrandi, Urgellensis canonicus, subscribo. Sigillum G. de Livia, Urgellensis canonicus. Sigillum Bn. de Garrigosa, canonici Urgellensis, qui hec laudo et firmo. Sigillum Petri de Ardena, helemosinarii. Sigillum R. de Castellione, camerarii. Sigillum Raimundi de Mollono, prepositi. Sigillum Poncii de Prato, subprioris. Sigillum Berengairii abbatis predicti, qui hec laudamus et firmamus. Sigillum P. Prioris. Sigillum P. de Acziato. Sigillum Bernardi Prepositi, prepositi Ceritanie. Sigillum Bertrandi de Tornabesco. Sigillum Iohannis Benedicti. Sigillum G. Martini. Sigillum G. de Mornaco. Sigillum B. Iudicis, prepositi maioris. Sigillum fratris A. Berengairii. Sigillum Michael de Foliano. Sigillum Bn. Laurencii. Sigillum G. de Malveig. Sigillum A. Petri, subsacrste. Sigillum B. Huardi. Sigillum R. de Godor, precentoris. Sigillum B. de Pulcrovisu. Sigillum B. de Milars, pueri. Sigillum Raimundi de Bolvir, pueri. Sigillum G. de Bestrachas, pueri. Sigillum Raimundi de Corsavel, pueri. Sigillum fratris P. Coqui. Sigillum Vivas. Sigillum B. Sifredi, cellarii. Sigillum fratris Ade, monachi. Testes huius rei sunt Petrus Rubei, iurisperitus, de Perpiniano. Petrus

de Sala, clericus Vicensis. Gaucerandus de Podio alto, monachus Rivipollensis, Guillelmus de Podio alto, miles. Arnaldus Sardina, capellanus domini episcopi Urgellensis, et Fferrarius de Mercatali. — Sigillum Mathei Lupeti, notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit, die et anno prefixis. — Ego Iohannes Pelagi, sacrista Urgellensis, subscrivo.

Document transcrit en el *Liber donationum* de la Catedral d'Urgell, vol. II, fol. 37 v.^o

XXXIV

Barcelona, 3 setembre 1268.

Fra Ramon de Penyafort figura entre els testimonis de la sentència donada pel rei Jaume I en la qüestió de l'herència del jueu Bonanasc de Besalú.

In nomine Domini, amen. Lis seu controversia vertebatur coram nobis Jacobo, Dei gratia regi Aragonum, Maiorice et Valencie, comiti Barchinone et Urgelli et domino Montispessulani, inter Salomonem Benadret, iudem, tutorem Bellihominis, iudei, filii Bonanasch, iudei de Besuldono, agentem tutoris nomine, ex una parte, et Mosse Sulam et Samuei Sulam, Hizmael de Tudela, Perfectum de Regali, iudeos, manumissores Benvenist de Porta, iudei de Villairancha, quondam, deffidentes, ex altera, in hunc modum: Proponit Salomon Benadret, tutor datus Belshom, filio Bonanasch, iudei de Bisuldo, quod pater ipsius Belshom decessit ab intestato relictis duobus filiis, scilicet Sarra et Belshom, et pars bonorum dicti Bonanasch ad illam Sarram filiam pervenit, ex altera pars bonorum pervenit ad Benvenist Zaporta, iudeum de Villafranca, qui Benvenist decessit dimisso filio herede nomine Vidal et relictis manumissoribus scilicet Iahudano de Cavaleria, Mosse Sullam et Perfeit de Zareyal et Hismael et uxore superstite dicti Benvenist et Samuele Sullam et Astrugo de Porta, fratre ipsius Benvenist; et predictus filius ipsius Benvenist et mater ipsius et manumissores antedicti tenent bona ipsius Benvenist, ad quem bona d'en Bonasch pervenerunt. Unde petit sibi dari et deliberari a predictis bona que fuerunt d'en Bonasch, que ad dictum Benvenist devenerant, et ipse habuit et recepit, cum sit heres sui patris ab intestato in medietate bonorum suorum cum sine causa habuit et percepit. Valent autem bona predicta quadraginta octo milia morabetinorum et amplius. Super qua quidem petitione lis est contestata inter dictas partes, et ad fundandam intentionem suam utraque pars plures posiciones et excepciones et responsiones fecit; et predicti manumissores testamentum conditum per dictum Bonasch et quasdam litteras sigillatas sigillo nostro coram nobis in iudicio produxerunt: in una quarum fit mentio quod bona dicti Bonasch fuerunt adquisita et confiscata nobis pluribus de causis, de quibus bonis cessionem et donationem dicto Benvenist feceramus, prout in dicta littera continentur, et in alia littera fit mentio quod nos volumus et mandamus dicto Benvenist, tunc baiulo Barchinone et Gerunde, quod nullo tempore teneatur prestare sive solvere aliquid aliquibus personis ratione peccunie que quondam fuit Bonanasch de Bisuldono, tam ratione hereditatis legitimate quam quibuslibet aliis modis. Tandem, nos Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maiorice et Valencie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, visa et intellecta petitione predicta et superius in inicio

huius cause lite legitime contestata inter cunctas partes visis et intellectis etiam rationibus utriusque partis, habentes Deum pre oculis, sedentes predictis partibus in nostra presencia constitutis; attendentes quod dictus Bonanasch testatus decessit instituta sibi herede dicta Sarra filia sua, ut appareat ex forma dicti testamenti, et sic non est locus ab intestato; attendentes etiam quod si locus esset ab intestato non tamen probatur quod predicti manumissiores teneant res petitas scilicet morabatinos petitos in libello; attendentes etiam quod dictus tutor non provavit dictum Belshom habere ius in dimidia bonorum dicti Bonanasch; attendentes etiam cessionem et donationem per nos factam dicto Benvenist de bonis que fuerunt dicti Bonanasch, ut in carta sigillata sigillo nostro pendenti plenius continetur. Hiis rationibus et multis aliis que tangi possunt dictos manumissiores supra conventos pro se et aliis manumissoribus a petitione dicti tutoris dicti Belshem... duximus sentencialiter absolvendos. Lata fuit hec sentencia in domo fratrum predicatorum Barchinone, anno Incarnationis Domini MCCLX^o octavo, III nonas septembbris, in presencia et testimonio domini Arnaldi episcopi Barchinone, Berengarii Arnaldi, Bernardi de Angularia, Guillelmi de Cervilione, Magistri Berengarii de Turri, archidiaconi Barchinone, Guillelmi de Villafranca, Iacobi Grunni, fratraris Raimundi de Pennaforti, fratraris A. de Sagarra et plurium aliorum testimoni.

Document transcrit en el Registre 15, fol. 117, a l'Arxiu de la Corona d'Aragó.

XXXV

Barcelona, 21 octubre 1269.

Declaració feta solemnialement pel rei Jaume I davant de fra Ramon de Penyafort i del bisbe i canonges, consellers, veguer, batlle i ciutadans de Barcelona, confirmant irrevocablement la moneda de tern, estatuïda i jurada anteriorment.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, die lunae, quae est duodecimo kalendas novembris. In capitulo novo domus fratrum Praedicatorum Barchinonae convenerunt illustrissimus dominus Iacobus, Dei gratia rex Aragonum, Maioricarum et Valentiae, comes Barchinonae et Urgelli et dominus Montispessulani, et dominus infans Petrus, eius filius, et dominus Arnaldus, Dei gratia Barchinonae episcopus, vocati a domino rege, et magister Berengarius de Turri, archidiaconus, Petrus de Olivella decanus, Petrus de Insula, Pascalis Alberti, Arnaldus de Bucho, canonici Barchinonae, frater Raymundus de Pennaforti, nobiles viri Guillelmus de Cerviione et Huguetus de Cervilione, fratres, et abbas Sancti Ioannis de Ripullo et consiliarii civitatis Barchinonae, scilicet Bernardus Dorforti, Guillelmus de Monteudaico, Bernardus Poncii et Guillelmus Lulli, et plures probi homines eiusdem civitatis, scilicet Iacobus Grunni, Poncius de Alesto, Bernardus Andreeae, Petrus Ferrarii, Guillermus de Laceria, Raymundus Ricardi, Berengarius de Riaria, Bernardus domus de Riaria, Iacobus de Rocha, sagrista Illerdensis, Ferrarius de Minorissa, Ioannes Blanc, Ferrarius Mayolli, vicarius Barchinonae, Guillelmus Grunni, baiulus Barchinonae, Albertus de Lavanya, Arnaldus Lulli, Anticus Ticionis, Philippus Despiellis, Bona-

natus Sabaterii, Guillermus de Umbaldi, Guillermus de Santo Felice, Raymundo de Oliverdar, Bernardus de Fontibus, Ferrarius Guarini, Petrus Natalis, Berengarius de Capellatis, Bernardus de Vico, Petrus de Porta, Petrus Carbonelli, notarius, et Petrus Marci, notarius, Petrus de Bonastre, Guillermus de Olesia, et plures alii cives Barchinonae. Et ibidem, in praesentia omnium praedictorum, Poncius de Alesto, ad preces et mandatum praedictorum consiliariorum et domini Arnaldi, Dei gratia Barchinonae episcopi, cum reverentia proposuit coram domino rege et domino infante Petro, et omnibus supra dictis: quod dominus infans Petrus volebat et intendebat facere cudi et fieri in civitate Barchinonae novam monetam de argento, ita quod denarius argenteus valeret duodecim denarios moetae Barchinonae perpetuo de terno, quae perpetuo currere debet, et iam in cedula dicta moneta de argento multum processerat: ostendens pluribus rationibus et per instrumentum dictae monetae de terno, quod erat firmatum et iuratum ab ipso domino rege et ab ipso domino infante Petro, cum voto solemni ab eisdem emisso vallatum ac bulla plumbea domini regis corroboratum, quod aliam monetam cuiuscumque ponderis, signi, vel legis, iidem dominus rex et dominus infans Petrus et successores eorum non poterant, nec debebant facere cudi, vel fieri, nisi tantum praedictam monetam Barchinonae de terno, quae nunc currebat, quae perpetua erat, et sub illo pondere, forma, lege, et signo tantum, quibus a principio fuit facta et publicata sive sparsa, et quod de ipsa moneta de terno non debebant facere cudi nisi quanto necessitas et utilitas esset terrae, et de consilio et requisitione proborum hominum civitatis Barchinonae, prout haec omnia in dicto instrumento confecto de dicta moneta de terno, quod ibidem fuit coram omnibus publicatum et lectum. Dictus Poncius de Alesto continuatim asseruit, quod intentio intellectus domini regis fuit a principio, quando dicta moneta Barchinonae de terno fuit facta, quod numquam alia moneta cuderetur, vel fieret, vel cureret Barchinonae de terno perpetua maximum damnum quod cives Barchinonae et alii de comitatu Barchinonae sustinuerant propter mutationem alterius monetae Barchinonae de duplo, et nihilominus idem Poncius de Alesto fidem et legalitatem domini regis quem aseruit praedicta omnia sub intentione praedicti instrumenti pro se et tota universitate in testem elegit. Quibus omnibus diligenter propositis, et rationibus utriusque partis auditis, dominus rex, traxit se ad partem, expulsis omnibus aliis qui in dicto capitulo erant, et super praemissis deliberavit cum domino infante Petro, et cum domino episcopo et cum fratre Raymundo de Pennaforti et cum archidiacono Barchinonae, et Guillermo de Cervilione, et cum Iacobo de Rocha, sacrista Illerdensi et notarii domini regis, et cum Ferrario de Minorissa, Alberto de Lavanya, Ioanne Blanc, Ferrario Mayoli, vicari Barchinonae, et Guillermo Grunni, baiulo Barchinonae, super facto dictae monetae novae de argento, et habita deliberatione in publico et coram omnibus, et vocatis consiliariis et omnibus probis hominibus comitatus Barchinonae qui ibi convenerant, dixit dictus dominus rex: Quod ipse et filius eius Petrus firmaverant et iuraverant monetam Barchinonae de terno, et quod erat sua intentionis, et fuerat semper, quod ipsa moneta de terno tunc curerat in Barchinona, et in aliis civitatibus et locis in instrumento ipsius monetae contentis, et quod si necessitas vel utilitas esset, quod a praesenti cuderetur de ipsa moneta Barchinonae de terno, quod hoc fieret usque ad certam temperatam quantitatem et de consilio et requisitione proborum hominum Barchinonae, quia nollet pro meliori regno quod ipse habebat contra suum sacramentum venire. Et ideo dixit, voluit et mandavit, quod de dicta moneta de argento

quam dominus infans Petrus volebat facere cudi, non cuderetur neque fieret, nec etiam de aliqua alia cuiusquamque ponderis, signi, vel legis, nisi tantum de illa de terno, quae per eum et filium suum Petrum extitit iurata. Et his peractis, consiliarii et tota universitas civium Barchinonae et dominus episcopus, et nobilis et alii, qui in dicto capitulo convenerant, regratiando domino regi super praemissis, recesserunt inde. Acta sunt haec loco, die et anno predictis.

Document publicat en SALAT, *Tratado de las monedas de Cataluña*, vol. II, doc. 13.

XXXVI

Lyó, 13 agost 1274.

Gregori X encomana a fra Ramon de Penyafort, capellà seu, la decisió d'una controvèrsia pendent entre mercedaris i fremenors.

Gregorius episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio fratri Raymundo de Pennaforti, ordinis Predicotorum, capellano nostro, salutem, et apostolicam benedictionem. Sua nobis magister et fratres domus Sancte Eulalie Barchinone, ordinis Santi Agustini et Mercedis Captivorum, petitione monstrarunt, quod ipsi dudum in domibus suis, quas ipsi in civitate Tarracone a longis retroactis temporibus obtinebant, oratorium in honore aut vocabulo ipsius Sancte, prout ex facultate concessa ipsis ab apostolica Sede licebat, de assensu bone memorie Tarraconensis archiepiscopi, construxerunt. Verum guardianus et fratres Minoreres Tarracone, asserentes quod felicis recordationis Alexander Papa predecessor noster, ad instantiam fratrum Minorum de Catalonia, Vicensi et Gerundensi episcopis suis dederat literis in mandatis, ut nullum religionis monasterium seu oratorium religiosarum personarum de novo edificari vel construi, aut ecclesiam inibi in religiosum locum vel regularem domum transferri permetterent infra spatium trecentarum kannarum circa omnes fines locis predictorum fratrum Minorum contiguos et vicinos, contradictores per censuram ecclesiasticam compescendo; et quod iidem magister et fratres huiusmodi oratorium infra predictum spatium, loco eorum vicinum, construxerant, eosdem magistrum et fratres petendo oratorium destrui supradictum, coram eodem Vicensi episcopo, prout ex forma literarum ipsarum, id se posse dicebant, traxerunt in causam. Ex parte vero predictorum magistri et fratrum fuit coram eodem Vicensi [episcopo], et excipiendo propositum, quod cum ipsi prefatum oratorium ante impetrationem predictarum literarum ad eosdem episcopos obtentarum ex concessione Sedis predicte, de consensu memorati archiepiscopi, construxissent, prout superioris est expressum, et erant legitime probare parati, oratorium ipsum destruere pretextu earundem literarum, que non ad oratoria constructa ante ipsarum impetracionem, sed ad ea que postea construenda fuerant, extendebarunt, prout ex earum forma liquido apparebat, nullatenus tenebantur. Et quia dictus episcopus Vicensis, dictos magistrum et fratres super hoc audire, contra iustitiam, denegans, mandavit eisdem, ut predictum oratorium infra certum terminum destruerent, et campanam, quam habebant in eo, exinde removerent, alioquin in eos excommunicationis sentenciam promulgabat, magister et fratres predicti, sentientes ex hoc indebito se gravari, ad nostram audientiam appellarunt. Quocirca discretioni

tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas; faciens, quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si gratia, odio, vel timore se substraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Non obstante indulgentia, qua tibi, vel fratribus tui Ordinis a Sede apostolica dicitur esse indultum, quod non tenearis intromittere te de negotiis que tibi a Sede commituntur eadem. Datum Lugduni idibus augusti, pontificatus nostri anno tercio.

Document publicat en RIPOLL, *Bullarium*, vol. I, p. 522.

ÍNDEX ONOMÀSTIC *

- ACZIATO, P. DE 33
- ADE, mon. 33
- Africa 25
- ALAMAGNI, RAIMUNDUS 10
- ALBALAT, PETRUS DE archiep. Tarrac. 5
- ALBERTI (Alberti), PETRUS can. Barchinonensis 10, 11, 12, 33; — PASCALIS, can. Barch. 35
- ALBERTUS vide: Lavanya
- ALBUCIANO, PETRUS I; — RAIMUNDUS I
- ALEXANDRO IV, papa 16, 21, 24, 27, 36
- ALESTO, PONCIUS DE 35
- ALVARUS, comes Urgell. 27
- AMEGIIS, ARNALDUS DE mon. 12
- Andorra 22
- ANDREAE, PETRUS scriptor domini regis 114; — dec. de Valdelont can. Urgellensis 33; — BERNARDUS 35
- Anagnie 21, 23 24
- ANGULARIA, RAYMUNDUS DE can. Urgellensis 13; — BERENGARIUS A. DE ep. Barcinone 30; — BERNARDUS DE 34
- APRILIS (A), ep. Urgell. 22, 33
- Aragolisa 34
- Aragonia 13
- ARBERTI v. Alberti
- ARDENA, PETRUS DE helemosinarius de Fullolis 33
- ARNALDUS ep. Barchinonensis 34, 35
- ARNALDUS presb. de Martorello 4
- ARNALDUS vide: Amegiis, Bucho, Muro, Querol, Sagarra, Salamonis, Sardina
- ARNALDI, BERENGARIUS 34
- ARRIACHO, PETRUS DE prep. de Fullolis 33
- Assisi 14
- ASTRUCH, ARNALDUS not. pub. Valencie 25
- ASTRUG vide: Porta
- ATTENTIA, R. DE fr. O. P. 26
- AVELANETO, R. DE 33
- AYREIS, PETRUS DE Vicencis can. 12
- BAGES, PETRUS DE not. pub. Barch. 2, 4, 11
- BAGNARIIS, PONCIUS PETRI DE 4
- BARBARAN, IASBERTUS DE nob. vir Elnensis 6
- BARBARANO, BN. DE abbas Urgell. 33
- BARBERANO, GUILLEMUS DE fr. O. P. 8
- Barchinona 10, 25, 33, 35; ep. Barch. 4, 5, 29, 31; capitulum Barch. 3, 4; consiliarii 35
- BARTOLOMEUS cochus dom. ep. Barch. 11
- BARTHOLOMEUS vide: Iohannis
- BAUCIARENNSIS, GUILLEMUS DE fr. ord. Cisterciensis 4
- BELSHOM (Bellihominis), indeus filius Bonanasch 34
- BELLOPODIO, PETRUS DE not. ville Sedis 33
- BENADRET, SALOMON iudeus 34
- BENEDICTI, IOHANNES 33
- BENEDICTUS [de Rocaberti] archiep. Tarrac. 17, 18, 20
- BENEDICTUS prior Urgellensis 33
- BENVENIST vide: Porta
- BERENGARII, A. fr. 33
- BERENGARIUS ep. Barch. 2; — abbas S. Michaelis de Coxano
- BERENGARIUS vide: Angularia, Arnaldi,

* La llista de noms de persona és completa, si se podrien multiplicar-se les referències. En rodo, els principals noms de lloc. La grafia és, sovint, la de l'original, en llatí vulgar. Les xifres aràbigues, indiquen el número del document.

- Burdi, Capellatis, Iacobi, Palou, Pugalto, Riaria, Ripullo, Sancto Vincencio, Suavi, Turri, Vico, Vilaro
 BERGA, BERNARDUS de ep. Barch. 2
 BERNARDI DE FLUVIAN, GUILLERMUS can. Urgell. 13
 BACHO, BERNARDUS DE 33
 BERNARDUS ep. Vicensis 12; — prep. Cerritanie 33; — presb. not. 2; — miles 4
 BERNARDUS vide: Andreae, Angularia, Bacho, Berga, Cintillis, Dorforti, Fontibus, Giboto, Medalia, Pirariis, Plicamanibus, Ponci, Rapaz, Renaldi de Griuxano, Riaria, Rubi, Tuguriis, Vero, Vico
 BERTRANDI, RAYMUNDUS can. Urgell. 33
 BERTRANDUS vide: Delphino, Tornabesco Bessons, Militibus de 11
 BESTRACHAS, G. de puer 33
 Bisuldo (Besuldone, Bisuldono) 34
 BLANC, JOANNES 35
 BN. vide: Barbarano, Fuillos, Garrigosa, Laurencii, Prepositi.
 Bolvir 33
 BOLVIR, RAIMUNDUS DE puer 33
 BONANASCH (Bonasch) de Bisuldono iudeus 34
 BONANATUS can. Urgell. 33
 BONANATUS vide: Sabaterii
 BONASTRE, PETRUS DE 35
 BOKONIE 1
 BOXADOS, GUILLELMUS DE 4
 BR. vide: Guinardi
 BUCHO, A. DE cler. de Cubellis 10; — ARNALDUS DE can. Barch. 35
 BURDI, BERENGARIUS fr. O. P. 33
 CALIDIS, GUILLELMUS DE mon. S. Cucuphatis 12
 CAPELLATIS, BERENGARIUS DE 35
 CARBONELLI, PETRUS not. Barch. 35
 CASTELLIONE, R. DE cam. Urgell. 33
 CASTLARINO, GERALDUS DE mon. S. Cucuphatis 12
 CASTRIBONI, vicecomes [Rogerius IV, comes Fuxensis] 22
 CASTRO GALINO (Castro Galyn, Castro Gali), PETRUS DE miles 4, 10, 12
 CASTRO SARRACENO, IACOBUS DE not. pub. Valencie 25
 Catalonia 13, 36
 CATELLI, A. mon. S. Cucuphatis 12
 CAVALERIA, JAHUDANUS DE 34
 Caucumliberum 32
 CECILIA soror filii comitis Fuxensis 27
 CELESTINUS IV 5
 CERVARIA, G. DE can. Urgell. 33; — PONCIUS DE 10
 CERVILIGNE, GUILLERMUS DE (G. de) nobilis vir 10, 24, 35; — HUGUETUS DE 35
 CINTILLIS, BERNARDUS DE can. Barch. 11
 CLARAMONTE, GUILLELMUS DE 10; — GUILLELMA de filia G. 10; — castra de 10
 CLEMENS IV papa 31
 Coctano, castra de 10
 CONDAMINA, RAIMUNDUS DE 4
 Confluentem 32
 CONSTANTIA neptis regis Arag. 27
 COQUI, P. fr. 33
 CORSAVEL, RAIMUNDUS DE puer 33
 Cubellis, Castra de 10
 Cuguyada, domus de 11
 DALMATIUS abbas S. Marie Rivipol. 15
 DELPHINO, BERTRANDUS 5 offic. Barch. ecclesiae 5
 Dertusa 11
 DESPIELLIS, PHILIPPUS 35
 DOMINICI, JOANNES can. Urgell. 33
 DORFORTI, BERNARDUS 35
 DRAPERII, PETRUS capellan. S. Odonis 33
 EIXIMINUS vide: Focibus
 EGIDI TARINI, JOANNES 25; — STEPHANUS 25
 Elnensis, abbas S. Genesii 33
 Evissa 32
 FERRARII, PETRUS 35
 FERRARIUS vide: Guarini, Lauro, Mayolli, Mercatali, Minorissa, Pellicerii
 FLUVIANO, RAIMUNDUS DE O. P. 4
 FOCIBUS, EXIMINUS DE 25
 FOLIANO, MICHAEL DE 33
 FONTIBUS, BERNARDUS DE 35
 FUILLOS, BN. can. Urgell. 33
 FULCHANIS, RAIMUNDUS 4
 Fullolis 32
 Fuxensis (Fuxi), comes 22
 GALI, GALIN, GALINO v. Castro Galino
 GALIFA, ARNALDUS DE 4
 GARRIGOSA, BN. DE can. Urgell. 33
 GASCH, ARNALDUS 33
 GASTONI domino 11
 GAUCERANDUS vide: Podio alto
 GENIOA, P. DE O. P. 29
 GERALLA filia Pontii de Cervaria 10
 GERALDUS vide: Castlarino, Sanabre
 GERARDI, IACOBUS 11
 GERARDUS vide: Villafrancha
 Gerundensis ep. 36
 GIBOTO, BERNARDUS 4
 GILELMONUS filius G. de Claromonte 10
 GODOR, R. DE precentor 33

- GONTERII, PONCIUS mon. S. Cucuphatis 12
 Gormaz, priorissa S. Stephani de 26
 GRÉGORIUS IX papa 3, 5, 8, 9; GRÉGORIUS X papa 36
 Griuxano, de 4
 GRUNNI (Grunii) GUILLELMUS baiulus Barch. 35; — IACOBUS 34, 35
 GUALBA, PETRUS DE can. Vicensis 12
 GUARINI, FERRARIUS 35
 GUARNAL, VELL DE II
 Guidonis Gatiarii, porticum Iacobum I
 GUILLELMA soror Bartolomei, cochi II
 GUILLELMUS presb. not. 2
 GUILLELMUS (Guillelma, Guillermus) vide:
 Barberano, Bauciarenis, Bernardi de Fluvian, Boxados, Calidis, Cervilione, Claromonte, Grunni, Karles, Laceria, Lulli, Mediona, Menoch, Monteiuadaico, Olesia, Podio Alto, Prato, Rubi, Santo Felice, Solerio, Terracia, Turrile, Umbaldi, Villaequorum, Villafranca
 GUINARDI, BR. archidiac. de Arestot 33
 GUISEMUNDUS, not. I
 GURBO, ARNALDUS DE Barch. archidiac. II, 12
 HISMAEL iudeus, et uxore superstitie 34
 Hispania 8
 Hostiensis et Velletrensis, ep. 33
 HUARDI, B. 33
 HUGUETUS vide: Cervilione
 JACOBI, BERENGARIUS not. Villefranche 4
 IACOBUS frater infantis Petri 32
 IACOBUS rex Arag. 8, 10, 11, 23, 25, 27, 28, 29, 30, 32, 34, 35
 IACOBUS vide: Castro Sarraceno, Gerardi, Grunni, Ioannis, Podiolo, Rocha
 IAHUDANUS vide: Cavaleria
 IANUARIUS vide: Rabacie
 IASBERTUS vide: Barbaran
 IAUBERTUS, fr. 33
 Ilerdensis, ep. 16; — capitulum 7
 Ioncheres, monast. Santae Mariae de II
 INNOCENTIUS IV papa 5, 6, 7, 8, 9, 12, 13, 14, 15, 21
 INSABBATATI (Inzabbatati) haeretici 3
 INSULA, PETRUS DE can. Barch. 35
 IOANNES (Iohannes) vide: Benedicti, Blanc, Dominici, Egidii, Pelagii, Tarini, Poncius
 IOHANNES ASTENSIS magister dni. pape subdiac. et capellanus 12
 IOHANNIS, (Ioannis) BARTHOLOMEUS can. Urgell. 33; — LAURENCIUS can. Urgell. 33; — IACOBUS archidiac. de Oerch 33
 IOVERE, G. DE archid. de Ger 33
 IUDICIS, B. 33
 IULIO, PETRO presb. altaris S. Martini (Barch.) II
 KARLES, GUILLELMUS 3
 LACERA, GUILLELMUS DE civis Barch. 12;
 LACERIA, GUILLERMUS DE 35
 LAURENCIUS vide: Iohannis
 LAVANYA, ALBERTUS DE 35
 LAURENCII, BN. 33
 LAURO (Laro), FERRARIUS DE sacrista Barch. II
 LIVIA, G. DE can. Urgell. 33
 Lucdunum (Lugduni) 7, 8, 9, 12, 36
 LULLI, ARNALDUS 35; — GUILLELMUS 35
 LUPETI, MATHAEUS not. publ. Barch. II, 33
 Lupricati, flumen II
 NATALIS, PETRUS 35
 Maioricis, Maioricarum regnum II, 32
 MALVEIG, G. DE 33
 MARCHESII, PETRI not. pub. Barch. 90. 25
 MARCI, PETRUS not. Barch. 35
 MARTINI, G. 33; — R. fr. O. P. 29
 MARTINUS vide: Petri
 MATHEO archidiacono Terranthoni in eccllesia Ilerdensi 21
 MATHEUS vide: Lupeti
 MAYOLLI, FERRARIUS vicarius Barch. 35
 MÉDALIA, BERNARDUS DE can. Barch., II
 MEDIONA, GUILLELMUS DE II
 MENOCH, GUILLELMUS DE 2
 MERCATALI, FERRARIUS DE 33
 MESERATA, P. DE can. Barch. 12
 MICHAEL fr. O. P. 7
 MICHAEL vide: Foliano
 MILA, RAYMUNDUS de, can. Tarrac. 5
 MILARS, B. DE puer 33
 Minorissa 30
 MINORISSA (Ferrer de), FERRARIUS DE 35
 MOLLONO, RAIMUNDUS de prep. de Tarascho 33
 Montalbá, G. de 31
 MONTECATENO, PETRUS DE 31
 MONTEIUDAICO, GUILLELMUS DE cons. Barch. 32
 Montempesulanum 32
 MONTE OLIVO, G. DE 10
 MONTERINO, RAMUNDUS DE I
 MONTE SIGNO (Montesigno), RAYMUNDUS DE can. Barch. II, 12
 Monte-Tornesio, castrum de II
 Montis-macelli II
 MORNACO, G. DE 33
 MOSSE vide: Sulam
 MOSTERIUS cler. de Tamarito 10
 MURO, ARNALDUS DE can. Urgell. 13

- Narbonensis, Provincia 8; — archiep. 9
 Neapoli 16
OLERDOLA, B. DE sacrista Barch. 30
OLESIA, GUILLERMUS DE 35
OLIVELLA, PETRUS DE decanus Barch. 35
OLIVERDAR, RAIMUNDUS 35
Orpino, Castra de 10
PALOU, BERENGARIUS DE ep. Barch. 5
PASCALIS vide: Alberti
Pauperi de Lugduno, haretici 34
PELAGII, IOHANNES sacrista Urgell. 33
PELICERII, FERRARIUS not. 25
PENYAFORT (Pennaforti) R. DE 1, 2, etc.
PERFEIT vide: Zareyal
Perpiniano 33
Perusii 13, 14
PETRI, A. subsacriste Urgell. 33; — **MARTINUS** precentor Urgell. 33; — **PONCIUS** (de Bagnaris) 4
PETRUS [de Albalat] archiep. Tarrac. 3, 5, 7, 12
PETRUS infans filius regis Arag. 24, 32, 35
PETRUS [de Scintillis] ep. Barch. 10, 11
PETRUS vide: Alberti, Albuciano, Andreae, Ardena, Arriacho, Ayreis, Bages, Bello-podio, Bonastre, Carbonelli, Castro Galino, Draperii, Ferrarrii, Gualba, Insula, Iulio, Marchesii, Marci, Montecateno, Natalis, Olivella, Podio Cerdano, Porta, Richesen, Roselli, Rubei, Sala, Sancii, Sancto Ypolito, Sendre, Thenis, Turt, Vives
PICALQUERIIS, A. DE can. Barch. 12
PIRAIIS, BERNARDUS DE can. Barch. 11, 12
PHILIPPUS vide: Despiellis
PLICAMANIBUS, BERNARDUS DE 12
Podii—ceritani (Podio Cerdano), villa 33
PODIO ALTO, GAUCERANDUS DE mon. Rivipolensis 33; — **GUILLELMUS** DE miles 33
PODIO CÉRDANO, PETRUS fr. O. P. 12; — **cappella** C. Bartholomei de — 33; **Sancta Maria** de — 33; **VITALIS** de 22
PODIOLO, IACOBUS DE not. pub. Barch. 4
PONCII, BERNARDUS cons. Barch. 35; — **JOANNES** campsor Barch. 11
PONTIUS [de Vilamur] Urgellensis ep. 13
PONCIUS vide: Alesto, Cervaria, Gonterii, Petri, Prato, Villanova
PORTA, ASTRUG DE iudeus 34; — **BONASTRUC** magister iudeus de Gerunda 30; — **BENVENIST** (Zaporta) DE 34; — **PETRUS** DE 35
Pratis, valle de 32
PRATO, GUILLELMUS DE 4; — **PONCIUS** subprior S. Michaelis de Coxano 33
PREPOSITI, BN. prepositus Ceritanie 33
Provinciana 11
PUGALTO, BERENGARIUS DE 33
PULCROVISU, B. DE 33
QUEROL, ARNALDUS DE can. Urgell. 13
Quodols 2
RABACIE, JANUARIUS not. pub. Valencie 25
RAIMUNDUS (Ramundus, Raymundus) vide: Alamagni, Albuciano, Angularia, Bertrandi, Bolvir, Caravel, Condamina, Fluviano, Fulchonis, Mila, Mollono, Monterino, Monte Signo, Oliverdar, Ricardi, Sexano, Villanova
RAPAZ (Rapacii), BERNARDUS can. Barch. 2
RENALDI DE GRIUXANO, BERNARDUS 4
RIARIA, BERENGARIUS DE 35; — **BERNARDUS** (domus) de 35
RICARDI, RAIMUNDUS 35
RICARDUS archid. Urgell, 13
RICHESSEN, PETRUS DE 1
RIPPIS, R. DE 10
Ripullo (Rivipolensis), abbas S. Joannis de 35
RIPULLO, BERENGARIUS DE pub. not. Valencie 25
Rivipolensis, abbas S. Mariae 14
ROCHA, G. DE 10; — IACOBUS DE sagrista Illerdensis 35
ROSELLI, PETRUS presb. eccles. S. Iusti Barch. 4
Rossilionis, comitatum 32
Rotensibus, canonici 7
RUBEI, PETRUS iurisp. de Perpiniano 33
Rubi, Castra de 10
RUBI, BERNARDUS DE miles 12; — **Guillelmus** DE mon. S. Cucuphatis 12
Rubio, de 33
RUMIA uxor Poncii Petri 4
SABATERII, BONANATUS 35
Sabinensis, ep. apostolice Sedis legatus 21
Saga, de 33
SAGARRA, (Segarra) ARNALDUS (A.) O. P. 10, 27, 28, 29, 34
SALA, PETRUS DE cler. Vicensis 33
 SALAMONIS, ARNALDUS O. P. 11
SALOMON vide: Benadret
SAMUEL vice: Sulam
SANABRE, GERALDUS DE mon. S. Cucuphatis 12
SANCI, PETRUS 5
S. Michaelis de Coxano, monasterium 33
SANCTA COLUMBA, G. DE 10
Sanctae Caterinae, prior fr. Praed. 11
Sanctas Cruces, apud (monasterium) 4
Sancte Anne Barch., innua 4

- Sancte Cecilie, ecclesiae 21
 Sancte Eulalie de Campo, ord. S. Augustini in suburbio Barch., prior 31, 36
 Sancti Antonini Barch., domus monialium ord. S. Damiani 11
 Sancti Cucuphatis, monasterium 5
 Sancti Martini, altari constructo in claustro Barch. 11
 Sancti Pauli, cenobium 2
 Sancti Petri de Rosis, monasterium 11
 Sancti Quirici de Terracia, honor 11
 SANTO FELICE, GUILLERMUS DE 35
 SANCTO MINATO, P. DE 10
 SANCTO VINCENCIO, BERENGARIUS DE 2
 SANCTO YPOLITO, PETRUS DE can. Vicencis 12
 SARDINA, ARNALDUS capellanus ep. Urgell. 33
 SARIGUERA, G. DE can. Urgell. 33
 SARRA filia Bonanasch iudeu 34
 SAURINA uxor G. de Medina 11
 SCINTILLIS, PETRUS de sacrista Barch. 5
 SCRIBA, G. not. regis Iacobi 10
 Sedis, villa 33
 Selate, ad collen 2
 SENDRE, PETRUS I
 SEXANO, RAMUNDUS DE 1
 SIFREDI, B. cellarius 33
 SOLERIO, GUILLERMUS DE 5
 SORIGUERA, P. DE can. Urgell. 33
 Stagnensis, prior 21
 STEPHANUS vide: Egidii Tarini
 SUAVI, BERENGARIUS civis Barch. 11
 SULAM, MOSSE iudeus 34; — SAMUEL 34
 Taltorta 33
 Tamarito, castra de 10
 Tarracone 17, 36; archiep. 4, 11, 36; — prov. tarrac. 3
 Tartera 33
 Tavernulis, conventus S. Saturnini de 14
 TERRACIA, GUILLELMUS DE 4
 AHENIS, PETRUS DE fr. 17, 18, 19
 TICIONIS, ANTICUS 35
 TORNABESCO, BERTRANDUS DE 33
 TUDELA, HIZMAEL DE iudeus 34
 TUGRIIS, BERNARDUS DE mon. 12
 Tunisium 24
 TURRI, BERENGARIUS DE arch. Barch. 25, 30, 34, 35
 TURRILE, GUILLELMUS DE 25
 TURT, PETRUS DE 33
 UMBALDI, GUILLERMUS DE 35
 URBANUS IV papa 27, 31
 Urbem Veterem, apud 17
 Urgellensis, diocesis 33; — episc. 27
 URGIO, P. DE archid. de Pratis 33
 VALDENSES secta 3
 VEIL, vide: Guarnal
 Velletransis, episc. 33
 VERETO, BERNARDUS DE prior S. Andree infra Pontes 14
 Vicensis, episc. 36
 VICO, BERENGARIUS DE iurisperitus 30; — BERNARDUS 35
 VIDAL filius Benverist Zaporta iudei 34
 VILAGRANATA, B. DE archid. 3
 VILLAECORUM, GUILLELMUS DE 4
 Villaecrotundae, castrum 11
 Villafranca 17
 VILLAFRANCHA, GERARDUS DE 11; — GUILLELMUS DE 34
 VILLANOVA, PONTIUS DE O. P. Barch. 5; — RAIMUNDUS DE tabellio Tarraconensis 4
 VILLARRUEBA, F. DE fr. 19
 Vilardida 11
 VILARO JOHANNE, BERENGARIUS DE 4
 VITALIS, G. can. Barch. 10
 VIVAS 33
 VIVES, PETRUS 2
 XETMARONUS 4
 ZAPORTA vide: Porta, Benvenist de
 ZAREYAL, PERFEIT DE (Perfectum de Regali) iudeus 34